TARIA
PADOVA
NICO

933

UNIVERSITARIA
R. BIBLIOTECA PADOVA
SCAFFALE
5
42
DONO
ORTO BOTANICO



1730

Di Lucio: Soranzo


INNOCENTIA
E TENEBRIS.
IHS
PROMICAT
VICTRIX

xám chù hĕ lín

上主赫臨

宣義於世

siūen ý yū xí

# In conſpectv gen-tivm revelavit Iv-ſtitiam ſvam.

pſal. 97

# INNOCENTIA VICTRIX

SIVE

Sententia Comitiorum Imperij Sinici

PRO

INNOCENTIA

CHRISTIANÆ RELIGIONIS

Lata juridicè per Annum 1669.

&

Ivſſv R. P. Antonij de Govvea Soc.is IESV, ibidem V. Provincialis

Sinico-Latinè expoſita

In Quàm cheū metropoli provinciæ Quàm tūm in Regno Sinarum

Anno Salvtis Hvmanæ MDCLXXI.

Accuſaverat Evangelicos Præcones in Chinâ Livor & Impietas Ethnicorum de ignorantiâ artis Aſtronomicæ, de meditatâ perduellione, de falſitate Religionis ac pravitate. Verùm pugnante pro ſuis illo, qui ipſa eſt Veritas; Cœlum quidem, experimentaque cœleſtia, erroris & ignorantiæ convicerunt æmulos: ſuſpicionem perduellionis communis ubique neophytorum quies, innocentia, patientiáque diſpulit: calumniam falſæ pravæque Religionis Chriſtianæ tam veritas, quàm Sanctitas oppreſſit: pœnas interim ſeveriſſimas de perverſis impiiſque tum calumniatoribus, tum etiam judicibus exigente DEO, teſte, judice, & ultore; ac tandem Innocentiam & æquitatem cauſa ſua per illos ipſos, à quibus damnata quondam fuerat. eo, quo ſubjicimus, ordine, & modo.

mirabiliter declarante, & in conspectu Sinarum reuelante Iustitiam suam.

Multa quidem peccauerant quatuor Proceres natione Tartari, à quibus, Imperatore etiamnum puero Sinica res administrata fuerat vicariâ cum potestate. Veruntamen haud aliâ re vllâ peccauerant grauius, quam quod innocentissimam Christi Legem vti seditiosam prauamque damnauerant. Neque tulit iniuriam innocentiæ vindex DEVS. Vnum ex ipsis (Soni vulgò nominabatur) mors morbum consecuta, humano quidem eripuit iudicio supplicioque; at non Diuino. Alterum, Sucamá nomine, primus Imperator, simul atque suscepit Imperium anno 1667. totâ cum Stirpe iussit interfici. Reliqui duo per anni spatium non impunitè modò perstiterunt; sed in gratiâ quoque ipsius Principis, cuius adolescentia indigere adhuc videbatur consilio ipsorum: quoad tandem

mirabiliter declarante, & in conſpectu Sinarum reuelante Iuſtitiam ſuam.

Multa quidem peccauerant quatuor Proceres natione Tartari, à quibus, Imperatore etiamnum puero Sinica res adminiſtrata fuerat vicariâ cum poteſtate. Verumtamen haud aliâ re vllâ peccauerant grauiùs, quàm quòd innocentiſsimam Chriſti Legem vti ſeditiosam prauamque damnauerant. Neque tulit iniuriam innocentiæ vindex DEVS. Vnum ex ipsis (Soni vulgò nominabatur) mors morbum conſecuta, humano quidem eripuit iudicio ſupplicioque; at non Diuino. Alterum, Sucamà nomine, ipſemet Imperator, ſimul atque ſuſcepit Imperium anno 1667. totâ cum ſtirpe iuſsit interfici. Reliqui duo per anni ſpatium non impuniti modò perſtiterunt; ſed in gratiâ quoque ipsius Principis, cuius adoleſcentia indigere adhuc videbatur conſilio ipſorum: quoad tandem

anno Chriſti 1669. is cui Patrocùm, nec non Ngao Pai nomen erat, conſcientiâ meritorum ſuorum (quæ vtique non fuerant mediocria in familiam hanc Imperatoriam Tartarorum) tumidus atque inſolens; iamque non authoritatem modò Regiam, ſed etiam poteſtatem viſus affectare; idemque hoſtis acer & acerbus Chriſtianæ Religionis cecidit tandem aliquando; reuſque agitatæ defectionis, alios complures, qui ipſo nitebantur; nec non Collegam ſuum, Erpicùm nomine, in eamdem ſecum (minùs tamen atrocem) ſuſpicionem traxit ac ruinam.

Edictum protinus, vt quicunque damni quidpiam ab alterutro paſſi fuerant, oblatis de more libellis id exponerent Imperatori. Plurimum paſſa fuerat Chriſtiana res. huius ergo cauſam ſuſcipiunt tres è Societate IESV ſacerdotes Ludouicus, Gabriel, Ferdinandus; qui deſtinato planè conſilio Numinis iuſſi fuerant in au-

anno Christi 1669. is cui Patrocini, nec non Ngao Pai nomen erat, conscientia meritorum suorum (quae utique non fuerant mediocria in familiam hanc Imperatoriam Tartarorum) tumidus atque insolens; iamque non authoritatem modo Regiam, sed etiam potestatem suis affectare; idemque hostis acer et acerbus Christianae Religionis cecidit tandem aliquando; eiusque agitatae defectionis, alios complures, qui ipso nitebantur; nec non Collegam suum, Erpicum nomine, in eandem secum (minus tamen atrocem) suspicionem traxit ac ruinam.

Edictum protinus, ut quicunque damni quidpiam ab alterutro passi fuerant, oblatis de more libellis id exponerent Imperatori. Plurimum passa fuerat Christiana res. huius ergo causam suscipiunt tres e Societate IESV sacerdotes Ludovicus, Gabriel, Ferdinandus; qui destinato plane consilio Numinis missi fuerant in au-

la

ta perſiſtere; reliquis omnibus Divinæ Legis præconibus numero viginti quinque in extremam provinciarum Auſtrinarum ablegatis. Commodiſſimè etiam paucis ante menſibus acciderat, ut peritia ſingularis rei Aſtronomicæ, quâ pollebat Ferdinandus, eam denuo portam referaret Evangelio: quam cum olim aperuiſſet induſtria Societati IESV; Sinarum deinde ſuperbia, invidiaque Mahometanorum occluſerat: ſed nunc demonſtratis ſole propè ipſo clarius & horum & illorum erroribus, emerſerat quodammodo velut ex eclipſi ſuâ annorum circiter quatuor, Aſtronomia Europæa, priſtinoque uſui & dignitati reſtituta, plurimorum ſuaſis ac ſermonibus, maximè quidem Tartarorum, celebrabatur. erantque tam ipſo nomine non modò Ferdinandus, ſed etiam duo Socij perquam gratioſi apud ipſum Imperatorem: cui adeo non per libellum ſupplicem; ſed (quod rariſſimæ felicitatis eſt) coram & per ſe exponunt omnia; occaſionem prorſus inſperatam tantæ

rei

là perſiſtere; reliquis omnibus Diuinæ Legis præconibus numero uiginti quinque in extremam provinciarum Auſtralium ablegatis. Commodisſimè etiam paucis antè menſibus acciderat, vt peritia ſingularis rei Aſtronomicæ, quâ pollebat Ferdinandus, eam denuò portam reſeraret Euangelio; quam cùm olim aperuiſſet induſtria Societatis IESV; Sinarum deinde ſuperbia, inuidiáque Mahometanorum occluſerat: ſed nunc demonſtratis sole propè ipſo clariùs & horum & illorum erroribus, emerſerat quodammodo velut ex eclipſi ſuâ annorum circiter quatuor, Aſtronomia Europæa, priſtinóque vſui & dignitati reſtituta, plurimorum ſuâ[?]ſs ac ſermonibus, maximè quidem Tartarorum, celebrabatur. erantque iam iſto nomine non modò Ferdinandus, ſed etiam duo Socij perquàm gratioſi apud ipſum Imperatorem: cui adeò non per libellum supplicem; sed (quod rariſsimæ felicitatis eſt) coram & per ſe exponunt omnia; occaſionem prorſus inſperatam tantæ

rei

rci offerente DEO.

Et ſpem quidem ſucceſſûs optati audien-
tis attentio benignitaſque fecerat. Eâ tamen haud
contenti, exacto deinde biduo, Regulis, siue
Principibus Stirpis Regiæ, quibus ſuſcipiendo-
rum libellorum datum erat munus, de ſcripto
quoque declarant acceptas in re Christianâ
iniurias atque damna.

# Libellvs ſvpplex.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | | 上 xám | | |
| 具 kiú | 懷 hoâi | 階 hién | 惡 ngǒ | 同 tûm |
| 呈 chîm | 仁 gîn | 良 leâm | 以 ỳ | 鄉 hiām |
| 利 lí | 呈 chîm | 神 xîn | 表 piaò | 遠 yuèn |
| 類 lúi | 爲 guéi | 人 gîn | 忠 chūm | 臣 chîn |
| 思 sū | 詭 quèi | 共 cūm | 魂 hoên | 湯 tām |
| 安 ngān | 隨 sûi | 憤 fuén | 事 sú | 若 jŏ |
| 文 vên | 狐 hû | 懇 kèn | 痛 túm | 望 vám |
| 思 sū | 假 kià | 殲 çiēn | 思 sū | 自 çú |
| 南 nân | 罔 vàm | 黨 tàm | 等 tèm | 西 sī |

棍惡楊光先其在明時以無籍建言曾經廷杖今
quén ngǒ yâm quām siēn kî çài mîm xî ỳ vû çié kién yên çêm kīm tîm chám kīn

皇恩欽勅修曆二十餘載久合天行頒行無異哭遭
hoâm nghēn kīn chĕ siēu liĕ lh́ xĕ yû çài kièu hŏ tiēn hîm pān hîm vû ý cŏ çāo

朝廷鼎革荷蒙
châo tîm tìm kĕ hô mûm

旨修曆恭逢我
chì siēu liĕ cūm fûm ngò

來住京四十八載在故明時即奉
lâi chú kīm sú xĕ pă çài çài cú mîm xî çiĕ fúm

天主一教即經云

tiēn chù yĕ kiáo ciĕ kīm yûn

皇矣上帝臨下有赫萬物之宗主

hoâm ỳ xám tí lín hià yeù hĕ ván vĕ chī cūm chù

恩命南懐仁仍推新曆此已無容置辯惟是

ngēn mím nán hoâi gîn gêm chūi sīn liĕ çù ỳ vû yûm chí pién guêi xí

無有不合蒙

vû yeù pú hŏ mûm

先帝数十年成法妄譖幸諸王貝勒大臣考正新法

siēn tí sú xĕ niên chîm fĕ vâm chín hìm chū vâm pói lĕ tá chîn cào chím sīn fă

倚恃權奸指爲新法舛錯將

ỳ xí kiuên kiēn chì guêi sīn fĕ chuèn çŏ ciām

諸大端往往為名公卿所敬慕

chū tá tuōn vàm vàm guêi mîm cūm kīm sò kím mú

以敬天愛人為宗旨總不外克己盡性忠孝節廉

ỳ kím tiēn ngái gîn guêi çūm chì çùm pú vái kĕ kì çín sín chūm hiáo çiĕ liên

竇東來創宇行教已八十餘載其著書立言大要

teú tūm lâi chuám yù hîm kiáo ỳ pă xĕ yû çai kî chú xū liĕ yên tá yáo

可大可久之教也即在中國萬曆年間西士利瑪

cò tá cò kieù chī kiáo yè çiĕ çài chūm quĕ ván liĕ niên kiēn sī sú lí mà

者在西洋三十多國如一家千三百年如一日是

chè çài sī yâm sān xĕ tō què jû yĕ kiā çiēn sān pĕ niên jû yĕ gĕ xí

餘里在中國不過二十餘人俱生於西而來於東
yû lì çai chūm quě pú quó lh xě yû gîn kiū sēm yū sī lh lâi yū tūm

又光先誣望謀叛思等遠籍跋涉三年程途九萬
yéu quām siēn vû vám meû púon sū tem yuèn çié pǎ xě sān niên chîm tû kièu ván

先帝聖明豈不嚴禁今爲光先所誣火其書而毀其居
siēn tí xím mîm kì pú yên kín kīn guéi quām siēn sò vû hò kî xū lh hoéi kî kiū

境錫望通微教師若係邪教
kìn siě vám tūm vî kiáo sū jŏ hí siê kiáo

世祖皇帝敕幸堂宇賜銀修造御製碑文門額通微佳
xí çù hoâm tí sú hìm tâm yù sú yn siēu çào yú chí pōi vên muên nghě tūm vî kiā

之 chī 時 xî 冒 máo 懇 kèn

等 tèn 負 fú 不 pú 平 pîn 之 chī 鳴 mîn 者 chè 今 kīn 權 kiûen 奸 kiēn 敗 pái 露 lú 之 chī 日 gě 正 chím 奇 kī 寃 yuèn 暴 pǒ 白 pě

抄 chaò 沒 mǒ 之 chī 罪 çuì 今 kīn 房 fân 屋 vǒ 令 lîn 人 gîn 居 kiū 住 chú 墳 fuên 墓 mú 被 pí 人 gîn 侵 çīn 占 chén 此 çù 思 sū

二 ǔl 十 xě 餘 yû 人 gîn 押 yǎ 送 súm 廣 quàm 東 tūm 羈 kī 紲 siě 不 pú 容 yûm 進 çín 退 túi 且 çiè 若 jǒ 望 vám 等 tèm 無 vû

有 yeù 何 hô 羽 yù 翼 yě 足 çǒ 以 ỳ 謀 meû 國 quě 今 kīn 遭 çāo 橫 hêm 口 keù 鑯 niě 誣 vû 將 çiām 無 vû 辜 cū 遠 yuèn 人 gîn

康熙八年五月初五日

Cām Hī pă niên v̀ yuĕ çō v̀ gĕ

上呈

xám chîm

天恩俯鑒覆盆恩賜昭雪以表忠魂生死啣恩

tiēn nghēn fù kién feú puên nghēn sú cháo siuĕ ỳ piaò chūm hoên sēn sù hiên nghēn

Id eſt:

Offerunt libellum ſupplicem Ludouicus Buglius Gabriel Magellanius, Ferdinandus Verbieſt. Causa ſupplicandi multiplex: fraus inprimis quâ circumventus Princeps; & violentia, quâ præcipitati in interitum innocentes, communi cum indignatione & offenſâ tam ſuperûm quàm mortalium. Obteſtamur itaque Maieſtatem Regiam, vt extinguat quidquid etiamnum latet nequitiæ confœderatæ; & ſic palàm faciat mundo cauſam innocentiamque Ioannis Adami Schal vitâ licet iam defuncti. Hoc igitur cum dolore gemituque nos tres dicimus, annum iam agi quadrageſimum octauum, quòd popularis ille noſter & longinquus aduena Ioannes Adamus peruenit ab occidente in hanc aulam, & imperante etiamtum familiâ ſuperiore Mîm, protinùs ex mandato Regio curam ſuſcepit rei Aſtronomicæ: deinde verò beneficio ſingulari nouæ huius familiæ, (Tartaricæ), nouo iuſſus diplomate perſeuerare in illo munere, conſtanter annos viginti & ampliùs, nemine omnium vel aduerſante, vel obtre-

ctante motus cœleſtes, annuaſque viciſſitudines accuratè ſupputatas, ritè quotannis vulgauit per Imperium. quoad (proh dolor!) tandem incidit in inſidias ac manus improbi veteratoris yâm quām sien: qui quidem homo imperante familiâ mîm, iuſſu regio cæſus fuſtibus, iam pœnas ſemel dederat accuſationis absque iuſto fundamento, & cum peruicaciâ inſtitutæ: & tamen idem nunc rurſus, tyrannicâ fretus authoritate (vnius maximè Patrocinii) haud dubitauit erroris arguere Aſtronomiam Europæam, eamque regulam, quam præcedens Imperator ab annis decem amplius ſtabiliuerat, temerè criminari: quoad indictis nuper comitijs (in rem noſtram ſanè feliciter) iuſſi ſunt Principes primi & ſecundi ordinis, necnon Regiorum tribunalium Præſides & Aſſeſſores examinare denuò nouam illam methodum; quæ & approbata tunc fuit ſummo conſenſu omnium, ipſeque mox Ferdinandus, iuſſu beneficioque regio, Aſtronomicæ rei curam denuò ſuſcepit: nec fas deinde cuiquam fuit mouere amplius hanc controuerſiam.

Sola nunc ſupereſt declaranda ſimiliter

Lex atque Religio Domini cœlorum, de quo peruetu-
ſtus ille codex veſter ait: ſupremus eſt & ma-
ximus Imperator ſcilicet qui deſcen-
dens in hæc inferiora tremendam ſuā
maieſtatem manifeſtat, eſtque ipſe Condi-
tor omnium rerum ac Dominus. In Occidente q-
dem noſtro ſeruant ipſius Legem triginta & am-
pliùs tum regna tum ſatrapiæ, vnius omnes fa-
miliæ adinſtar; idque iam per annos mille ac tre-
centos, nec ſecùs ac ſi foret dies vna: ex quo etiam
poteſt intelligi Legis eiuſdem tam antiquitas quàm
amplitudo. Quid? quod imperante Ván liĕ Re-
ge iam exiſtebat in hâc Chinâ; ſuntque adeò iam
anni octoginta & ampliùs, quod eam Doctor Europæus
Matthæus Riccius fixo hîc domicilio, ſcripto ver-
bóque vulgauit. Summa porrò Chriſtianæ Legis hæc
eſt, vt veneremur Cœleſte Numen, ac diligamus pro-
ximum: nec aliò ferè ſpectant quæ docet præterea,
quàm vt nos vincamus ipſi, & impleamus naturæ
noſtræ leges omnes, fidei inprimìs erga Regem, obedi-
entiæ obſeruantiæque erga maiores; moderationis item-

modeſtiæque; quæ omnia præcipua ſunt illius capita. Et talis quidem inter ipſa ſtatim principia paſſim hîc audiebat Lex noſtra: quam adeò tum nobilitas, tum etiam magiſtratus habebant charam & in pretio. (Xún chi) certè conditor familiæ huius Imperatoriæ, adiuit ſæpenumerò ædes noſtras ac templum: & in huius quidem atrio iuſſit ipſe de cenſu Regio marmoreum erigi monumentum ſuæ erga nos beneuolentiæ: aliud item præfigi voluit ipſis foribus, quo ædes ipſas more gentis celebrabat, nimirum: Sedes illuſtris penetrantis arcana. Ipſum denique Adamum honorauit nouo hoc cognomento: Præſtantis & arcanæ legis Doctor. Quòd ſi Religio Chriſtiana peruerſa eſt, ac falſa; quomodo virtus illa ac ſapientia memorati Imperatoris non eam ſeuerè omnibus interdixit? Et nunc tamen propter ea quæ yâm quām siēn confinxit, concremati fuerunt libri Diuinæ Legis, ædesque deſtructæ. quin & idem præterea yâm quām siēn reum egit Ioannem Adamum meditatæ perduellionis: atqui nos, cæteriqùe ſociorum, tam remotis è regnis advenæ, & qui

terrâ mariquè poſuimus annos omnino tres in hoc itinere ſtadiorum nonageſies mille, & ampliùs; nos, inquam, qui nunc in Chinâ degimus homines duntaxat viginti & aliquot, nati quidem in Occidente, ſed viuentes ac morientes in hoc Oriente, quibus tandem aliis inſtructi ſumus, quibus, obſecro, ſubſidijs ad ſuſcipienda perduellionis conſilia, & occupandũ armis ſcilicet hoc Imperium? Et tamen os illud tortuoſũ, ſubdoléque confictiones, tantum effecerunt; vt innocentes iſti aduenæ viginti & aliquot ablegati ſint in prouinciã Cantonienſem; vbi etiamnum hærent miſeri vinctorum inſtar, & nec progredi ſinuntur nec regredi: cùmqué nullum crimen admiſerint, quod bonorum publicationem mereatur; ædes tamen ipſorum traditæ ſunt alijs incolendæ: loca ſepulturæ deſtinata alij inuaſerunt. quò magis etiam vrgemur nos tres clarâ voce conqueri de tantâ iniquitate. Cùmque iam tyrannis illa Patrocum tandem protracta ſit in lucem; & inſignis iſta inſolentia ſolis inſtar iam pateſcat: obſecramus Maieſtatem Regiam, vt demittat ſeſe, ac diſcooperiat hos, qui etiamnum latitant, dolos; ritéque examinet ac declaret cauſam iſtam: vt ſic pateſacta deſuncti

iam miniſtri innocentiâ, deprædicet is ipſe beneficentiam Regis ſui, quam viuus mortuúſque ſenſerit. Offerebant hunc libellum anno octauo Cām Hī Imperatoris Lunæ quintæ die quinto; ſalutis humanæ 1669. 21. Iunij.

Exceperunt eum Reguli cum inuſitatâ quâdam ſignificatione voluntatis erga nos ſuæ; quamuis id haudquaquam tunc probaretur Concilij Rituum Præſidi, quippe hoſti capitali Chriſtiani nominis. quò etiam acerbiùs ipſum deinde vſſerit, opinor; quòd eundem libellum iuſſus ipſemet è Sinico reddere Tartaricum, referri viderit inter alios primi ordinis ac primo loco recitandos Imperatori. Recitatus eſt igitur, & quidem ab eo, qui nunc Colaos inter eſt primus, idémque patruus Imperatricis. Verùm perſpecta iam dudum erat Principi cauſa noſtra, & cauſæ æquitas: placuit ipſi nihilominùs (quò perennius, credo, eſſet firmiúſque beneficium ſuum) referri de poſtulatis noſtris ad Concilium, quod modò dixi, Rituum. Eſt illud inter ſex maiora Concilia Regia ordine tertium, propriúmque illius munus de rebus ad religionem ſpectantibus ſenten-

tiam dicere. Cæterùm nunquam adhuc fauere viſum eſt rei Chriſtianæ, poſtremis verò hiſce temporibus aduerſari damnoque eſſe perſæpè. cuius rei egregiè conſcij tres Patres, vbi delatam eò cauſam cognouerunt; angi animo atque æſtuare ſcilicet: nec mora; is cui Ferdinando nomen, adit rurſus Imperatorem, rogat cum lachrymis, & obteſtatur, ad aliud tribunal cauſam traduci vt iubeat. annuit: iubet traduci. Sed enim fauorem benigni Principis celeritas inimicorũ iam anteuerterat. Prodit illicò reſponſum, quo homines impij ipſam illam ſententiam, quæ ante annos quatuor iniquè lata fuerat, tuentur & confirmant iniquiùs.

## Reſponſum Concilij Rituum ad poſtulata trium Patrum.

禮 lì 部 pú 等 tèm 衙 yâ 門 muên

題 tî 為 guéi 請 çìm

旨 chì 事 sú 該 cāi 臣 chîn 等 tèm 會 hoéi

議 ý 得 tĕ 據 kiú 利 lí 類 lúi

思 sú 安 Ngān 文 vên 思 ſú 南 Nân

語查得　順治十三年十一月恭捧

yù chà tě　xún chí xě sān niên xě yě yuě cūm fùm

愛民爲宗旨總不外克己盡性忠孝節廉大端等

ngái mîn guêi çūm chì çùm pú vái kě kì çìn sím chūm hiáo çiě liên tá tuōn tèm

創宇行教已八十餘載其著書立言大約以敬天

chuám yù hîm kiáo ỳ pǎ xě yû çái kì chú xū liě yên tá yǒ ỳ kím tiēn

天主一教卽在中國故明萬曆年間西士利瑪竇東來

tiēn chù yě kiáo çiě çái chūm quě cú nîm ván liě niên kiēn sī sú lí mà téu tūm lâi

懷仁所告狀內

hoâi gîn sò cáo chuám núi

京師輦轂重地借口進香然肆行無忌男女雜糅
Kīm sū nièn cǒ chúm tí çié Keù çín hiām gên sú hîm vû Kí nân niù çǎ jeù

者亡命希謀屢行嚴飭不意餘風未殄實繫有徒
ché vâm mím hī meû liù hîm yên xě pǐ ý yû fūm ví chín xě hí yeù tû

乃有左道惑衆結黨夜聚曉散小者貪財恣淫大
nài yeù çò taò hoě chúm Kiě tàm yé çiú hiaò sán siaò ché tān çāi çú yn tá

釋道三教並垂皆使人為善去惡反邪歸正此外
xě taò sān Kiáo pím chûi Kiāi sù gîn guêi xén Kiú ngǒ fàn siê quēi chím çù vái

上諭諭禮部朕惟治天下必先正人心而黜邪術儒
xám yú yú lì pú chín guêi chî tiēn hià piě siēn chím gîn sīn lh chǒ siê xǒ jû

天主教之說也但若望入中國已数十年而能守教奉
tiēn chù kiáo chī xuĕ yè tán jŏ vám gĕ chūm quĕ ỳ sú xĕ niên lĥ nêm xeù kiáo fám

其几上之書則曰
kî kì xám chī xū çĕ yuĕ

祠宇見神之儀貌如其國人堂牖器飾如其國制
çû yù kién xîn chī ŷ máo jû kî quĕ gîn tâm yeù kí xĕ jû kî quĕ chí

世祖皇帝賜湯若望碑文内一段曰朕巡幸南苑偶經
xí çù hoâm tí sú tām jŏ vám pōi vên núi yĕ tuón yuĕ chín siûn hìm nân yuèn ngheù kīm

特諭欽遵通行嚴禁在案又
tĕ yú kīn çun tūm hîm yên kín çài ngán yéu

天主必憐而赦之又祖宗亡故者不燒紙乃是不行孝
tiēn chù piě liên lĥ xé chī yéu çù çūm vām cú chè pú xāo chì nài xí pú hîm hiáo

天主解赦又凡人病危用聖油傳其五官
tiēn chù kiài xé yéu fân gîn pím guêi yúm xím yêu chuên kî ù quōn

洗額赦他的罪又入教男女凡所犯罪過替
sì nghě xé tā tiě çuì yéu gě kiáo nân niù fân sò fàn çuì quó tí

可尚等因又南懐仁等原供內男女入教用清水
cò xám tèm yn̄ yéu nân hoâi gîn tèm yuên cūm núi nân niù gě kiáo yúm çīm xuì

神肇新祠宇敬愼蠲素始終不渝孜孜之誠良有
xîn chào sīn çû yù kím xín kiuēn sú xì chūm pú yû çū çū chī chîm leâm yèu

天主教之物已經焚燬其宣武門內堂房屋奉
tiēn chù kiáo chī vě ỳ kīm fuên hoèi kî siuēn vù muên núi tâm fâm vǒ fúm

銅像天學傳縣書板俱係
tûm siám tiēn hiǒ chuên cái xū pàn kiū hí

房屋令人居住墳墓被人侵占等語西洋教書籍
fâm vǒ lím gîn kiū chú fuên mú pí gîn çīn chén tèm yù sī yâm kiáo xū çie

天主教非爲正教不便舉行又稱火其書而毀其居今
tiēn chù kiáo fī guêi chím kiáo pǔ pién kiù hîm yéu chīm hò kî xū lh hoêi kî kiū kīn

道又無明顯解赦有益之處且係三教以外之教
taò yéu vû mîm hièn kiài xé yeù yě chī chù çiè hí sān kiáo ỳ vái chī kiáo

伊等又門上所書通微佳境並賜與湯若望通微
ȳ tèm yéu muên xám sò xū tūm vî kiā kìm pím sú yù tām jŏ vám tūm vî

旨未經折毀令人居住其墳地並未與人仍留與其
chì ví kīn çĕ hoéi lím gîn kiū chú kî fuên tí pím ví yù gîn gêm lieû yù kî

所買之人將堂房折毀至于外省堂遵
sò mài chī gên çiám tâm fâm çĕ hoéi chí yû vái sèm tâm çūn

住阜城門外墳前所有堂交工部工部具題變賣
chú feù chîn muên vái fuên çiên sò yeù tâm kiāo cūm pú cūm pú kiú tî pién mái

旨給與欽天監監正其東堂與湯若望利類思等居
chì kiĕ yù kīn tiēn kiēn kién chím kî tūm tâm yù tām jŏ vám lí lúi sú tèm kiū

並革去又西洋人二十餘名留此處恐復行邪教
pim kě kiú yeú sī yâm gîn lh xě yû mîm lieû çù chú cùm fǒ hîn siê kiáo

天主教緣由革職交與刑部議時將通微教師之名一
tiēn chù kiáo yuên yeû kě chě kiāo yù hîm pú ý xî çiam tūm vî kiáo sū chī mîm yě

天主教賜也因湯若望傳行
tiēn chù kiáo sú yè yn tām jǒ vám chuên hîm

世祖皇帝賜之非為表揚
xí çù hoâm tí sú chī fī guêi piào yâm

教師之名皆因若望能知天象故
kiáo sū chī mîm kiāi yn jǒ vám nêm chī tiēn siám cú

革職無容再議查得此案俱係詳查相應並題明
Kĕ chĕ vû yûm çái ý châ tĕ çù ngán kiū hí çiàm châ siām yn̄ pím tî mîm

銀修堂或因入教或因作天學傳槩書序俱治罪
yn̂ siēu tâm hoĕ yn̄ gĕ kiáo hoĕ yn̄ çó tiēn hiŏ chuên cái xū sú kiū chî çuì

旨押送廣東又有佟國器許纘曾許之漸等或因助
chì yă súm quàm tūm yéu yèu tûm quĕ kí hù çuòn çēm hù chī çién tèm hoĕ yn̄ çú

具題遵
kiú tî çūn

# Id eſt:

Præses Concilij Rituum cum suis Aſseſsoribus, cæteriſque Conſiliarijs libellum offert, quo exquirit reuerenter voluntatem Suæ Maieſtatis. Ego subditus ac miniſter Regius, cæterique adminiſtri, inſtitutâ communi conſultatione, comperimus, secundùm ea, quæ referuntur in libello supplice Ludouici Buglij, Gabrielis Magellanij, Ferdinandi Verbieſt, quòd Lex & religio Domini Cœli iam exiſtebat in Chinâ temporibus Ván liě, qui fuit superioris familiæ mim (ſiue Taiminga) Imperator: iamque adeò effluxiſse annos octoginta & amplius, quòd Europeus Doctor Matthæus Riccius peruenit in hunc Orientem, fixoque hîc domicilio, vulgare cœpit doctrinam suam; quam & scripto verboque declarauit. Summam porrò Christianæ Legis hanc eſse: Venerari cœleſte Numen, ac diligere proximum: nec aliò ferè spectare, quæ Lex iſta præterea doceat, quàm vt vincamus nos ipsi, & impleamus naturæ noſtræ leges omnes, fidei inprimis erga Regem, & obedientiæ obſeruantiæque erga maiores; nec non modeſtiæ & moderationis. Nos interim factâ disquiſitione rursum comperimus, quòd anno decimo tertio Xvn chi Imperatoris p

xime defuncti) tum undecimi excepimus venerabundi edi-
ctum Regium, quo praecipiebat ii huic Rituum Concilio haec ver-
bis: Ego ut administrem recte hoc Imperium, debeo ante omnia
necessario dirigere probeque instituere subditorum meorum cor-
da; adeoque rejicere doctrinas omnes artesque pravas ac perver-
sas. Et tres quidem sectae, vulgo Literatorum scilicet, ac [illegible]
quae suo quaeque ritu idola colunt, si pariter considerentur, omnes
hoc efficiunt, ut agant homines quae bona sunt; abjiciant quae ma-
la; ut avertant se ab eo, quod pravum est, & ad id, quod est re-
ctum, convertant. Verum dantur praeter istas aliae quaedam se-
ctae aberrantes ac sinistrae, quae confundunt imperitam multitu-
dinem; quae sociant inter se homines improbos: nocte congre-
gantur; dispergantur orta luce. Ex harum sectatoribus, ii qui te-
nuiores sunt, nummis fere inhiant, ac turpitudini dedunt sese; qui
vero potentiores sunt, prorsus abjiciunt obedientiam Regi debitam,
& clanculum machinantur defectiones. Porro adhibui equidem sae-
penumero revera quaedam remedia: nondum tamen (utique prae-
ter meam opinionem) penitus exstingui potuerunt reliquiae istius
mali. Totum hoc revera oritur ex eo quod dantur in ipsa aula
sectatores quidam, qui cum assistant Imperatori, patrocinan-

ximè defuncti) lunâ vndecimâ exceperimus venerabundi edictum Regium, quo præcipiebat is huic Rituum Concilio hisce verbis: Ego vt administrem rectè hoc Imperium, debeo ante omnia neceßariò dirigere probéque instituere subditorum meorum corda; adeoquè reÿcere doctrinas omnes artesque prauas ac peruersas. Et tres quidem sectæ, vna Literatorum scilicet, ac duæ quæ suo quæque ritu idola colunt, si pariter considerentur, omnes hoc efficiunt, vt agant homines quæ bona sunt; abÿciant, quæ mala; vt auertant sese ab eo, quod prauum est; & ad id, quod est rectum, conuertant. Verùm dantur præter istas aliæ quædam sectæ aberrantes ac sinistræ, quæ confundunt imperitam multitudinem; quæ sociant inter sese homines improbos: noctu congregantur; disperguntur ortâ luce. Ex harum sectatoribus, ÿ qui tenuiores sunt, nummis ferè inhiant, ac turpitudini dedunt sese; qui uerò potentiores sunt, prorsus abÿciunt obedientiam Regi debitam, & clanculùm machinantur defectiones. Porrò adhibui ego sæpenumerò seuera quædam remedia; nondùm tamen (vtique præter meam opinionem) penitùs extingui potuerunt reliquiæ istius mali. Totum hoc reuerà oritur ex eo quòd dentur in ipsâ aulâ sectatores quidam, qui cùm aßistant Imperatori; patrocinan-

tur interim illis hominibus, qui specioso utentes nomine religio-
sarum supplicationum & oblationum, multa interim perpetrant temere & inverecundè, viris pariter ac fœminis parum honeſtè concurrentibus. &c.

Nos igitur voluntati Regiæ tam disertæ reuerenter morem gerentes, vulgauimus tunc severam interdictionem: exſtatque proceſsus totius rei in archiuio noſtro.

Præterea fundator huius nouæ dominationis, Imperator (defunctus) honorauit Ioannem Adamum elogio marmori insculpto. elogij pars vna sic habebat: Ego dum luſtro septa mea venatoria sita ad meridionalem plagam Regiæ noſtræ; fortè transiui per templum quoddam, in quo vidi Spiritûs cuiusdam venerandam effigiem, similem hominibus illius regni; (scilicet Europæi, estque sermo de pictâ Chriſti Salvatoris imagine) forma quoque templi & supellex, & ornamenta, respondebant normæ illius Regni. Libri denique mensæ impositi dicebantur agere de rebus quæ spectant ad legem Domini Cœli. Ioannes autem Adamus, qui ante decades aliquot annorum in Chinam eſt ingreſsus, præclarè seruat Legem iſtam, seruitq; 13
dicto Spiritui (cui etiam exſtruxit novum iſtud Templum)

non sine laude insignis obseruantiæ, integritatis, innocentiæ; 13
planè vir est egregiâ vitæ morumque constantiâ: ad hæc ve-
rè impiger ac sedulus; & denique vir prorsus eminens. a-
liáque ibi dicuntur eiusdem ferè sententiæ.

Dicimus præterea Ferdinandum Verbiest, ac Socios i-
psius, prout ipsimet quondam iuridicè interrogati professi
sunt, admittere in Legem suam mares æquè ac fœminas: quo
etiam tempore vtentes aquâ purâ abluunt ipsis frontem, &
sic remittunt eorumdem peccata. Ad hæc quotiescunque seu vi-
ri seu fœminæ ex ijs, qui iam susceperunt Legem, quodpiam de-
lictum commiserunt, ipsos tunc loco DEI soluere illud ac remit-
tere: quotquot item ægrotant cum periculo, inungere illis oleo
sacro organa quinque sensuum; & DEUM tunc procul dubio
miseratum illos, ignoscere peccata. Cæterùm ijdem
isti Christiani non cremant papyrum auis suis ac maioribus
vitâ functis: (ridicula superstitio est, quâ ij maximè, qui Bonzios audiunt, fa-
bulasque Pythagoricas, opitulari conantur suorum manibus apud inferos detentis):
quod est vtique non obseruare legem honorandorum parentum.
Nec est interim quidquam, ex quo dilucidè patescat vel solutio
peccatorum, vel opitulatio, vel alia quæpiam vtilitas istius Legis;

sed pertinet ipsa ad sectas à tribus supra memoratis diuersas. non est igitur vera lex, Lex Christiana : neque expedit eam admitti.

Ad id verò quod præterea in libello suo prædicant tres Evropæi homines, crematos fuiſſe libros suos; ædium suarum alias fuiſſe destructas; alias verò traditas certis hominibus, qui incolerent: loca item sepulturæ suæ destinata, ab alijs fuiſſe occupata, &c. Respondemus; Libros quidem qui tractant de Religione Europæâ; item ærea numismata; tabulas item libelli de propagatione Religionis eiusdem nouiſſimè excusi, hæc, inquam, omnia, tanquam res proprias Christianæ Religionis, iam tum fuiſſe concrematas; templum quoque ipsorum ac domicilium, quod ad plagam Occidentalem Regiæ Pekinensis situm est; ex mandato Regio (quatuor scilicet dictorum Procerum tunc vices gerentium Imperatoris pueri) tradita fuiſſe duobus summis Præsidibus (Tartaro et Sinæ) Collegij Astronomici. alterum verò eorundem templum situm ad plagam Orientalem eiusdem Regiæ, concessum fuiſſe Adamo, Ludovico, Gabrieli, Ferdinando incolendum. tertium denique templum situm extra portam seù ostium dictam, traditum fuiſſe Concilio Regio operarum publica-

rum, à quo & venundatum eſt, emptor verò demolitus eſt illud in vſum ſuum. Alia interim templa extra Pekinenſem provinciam ſita, nos obtemperantes mandato item Regio, nondum deſtruximus; ſed habitari juſsimus ab alijs. Loca tamen deſtinata ſepulturæ ipſorum, nondum cuiquam attribuimus; ſed ipſis relicta ſunt. Præterea quod attinet ad titulum fauore Regio præfixum foribus **Sedes illvſtris penetrantis arcana** ſimul cum altero titulo, qui ſimiliter collatus fuit ipſimet Ioanni Adamo, ſcilicet **Præſtantis & arcanæ legis Doctor**, vterque hic titulus ideò collatus ei fuit à fundatore novæ dominationis, quia callebat ipſe Aſtronomiam: non autem vt commendaret vel illuſtraret ipſius Religionem. quin imò propter ipſam illam cauſam, quòd exerceret Ioannes Adamus, ac propagaret Chriſtianam Religionem; idcircò priuatus fuit ſuâ dignitate, & traditus Criminum Tribunali, vt caſtigaretur. (veritatem hanc ex inimicis noſtris audiat Europa, cauſamque perſecutionis tam glorioſam gratuletur nobis, qui vtique gloriari novimus etiam inter Sinas in Cruce Domini noſtri IESV Chriſti). dum autem deliberatur de ſupplicio; nos interim titulos modò dictos eradi juſsimus.

De reliquis interim hominibus Europæis numero ſupra

vigenti, cum vereremur ne, si relinquerentur hîc, denuò vulgarent prauam legem et doctrinam suam; nos consultâ priùs Maiestate Regiâ ablegauimus illos in provinciam Cantoniensem. (Inuidenda sors nostra! exilium ter felix! tametsi decennale fiat, quod iam nunc est quinquennale, quando talis fuit exulandi causa.)

Ad extremum, quod attinet ad tres illos ministros regios, tûm quē Ki (hic tribus in provincijs, quas Prorex administrauerat, impensè fauerat rei Christianæ, sumptusque fecerat in extruendas ædes sacras): Doctores item Hiù çum çem, Hiù chī çien, aliosque; hos omnes vel propter collatas pecunias in extruenda templa; vel quia susceperant legem ipsam; vel propter conscriptum procemium Libelli supra dicti de propagatione Religionis Christianæ, reos esse tunc judicavimus, adeoque priuandos dignitate publicâ. Neque est quod res istæ vocentur iam amplius in deliberationem: quippe post examen accuratum latæ fuerunt sententiæ; exstatque processus rei totius in Archiuio nostro. Cæterùm par erat à nobis simul omnia sic exponi, et exquiri sententiam Maiestatis Tuæ.

Hæc illi; multa nequidquam cogitantes consilia, quæ numquam stabilire potuerunt. Protinùs enim cognouit vel Imperator ipse, vel certè priuatum ipsius ac supremum concilium

(quod ex Colais ferè conſtat) non aliò tendere ambages tam subdo-
las iſtorum iudicum, & narrationes nomini Chriſtiano tam inuidi-
osas, quam vt tenebras offunderent animo Principis adolescentis; &
inani quâdam specie æquitatis, iniquitatem maximam superiorū tem-
porum ac iudiciorum offuscarent: parum interim memores, peccari
ab se hoc pacto non solum adversus eum, qui nunc imperat; sed e-
tiam adversus Xunchium eiusdem patrem, & fundatorem Tar-
taricæ dominationis, dum sic perseuerant reos agere doctrinæ falsæ
peruersæque homines illos, è quibus alterum filius tantâ cum signi-
ficatione honoris ac beneuolentiæ, rei Aſtronomicæ rursum præfece-
rat; alterum pater ipse tam raris celebrârat encomÿs, ÿsque non
ab unâ petitis Aſtronomiâ; sed multò etiam magis ab obseruan-
tiâ cultûs religiosi, ab eximiâ vitæ morumque conſtantiâ, inno-
centiâ, integritate; à præſtantiâ denique ipsiusmet Diuinæ Le-
gis, quam vox illa 教 Kiáo citra controversiam significat iſto lo-
co, vti 師 sū vox altera Magiſtrum seu Doctorem, quæ adeò Legis
auditores atque discipulos ei similiter permisiße dici debet: quam
denique Legem, vt alia defuißent omnia, solæ septem
voces Regis præfixæ monumento elogÿ suprà memorati
御 yú 製 chí 天 tiēn 主 chù 堂 tâm 碑 pōi 記 kí

id eſt: monvmentvm inciſvm marmori avtho-
ritate Regiâ pro Templo Domini Coelorvm
ſatis ſuperque & tueri debuerant & commendare: cœcis
interim hominibus impijſque nihil prorſus afferentibus, quo
probarent innocentiſſimæ Legis prauitatem, præter neglectum
ſuperſtitionis vnius, quam ipſamet Literatorum Sinenſium ſchola
diſertis verbis 可 cò 笑 siáo ridiculam & inanem vocat.
Sic vt miranda planè fuerit cœcitas iſta hominum verè pertina-
cium, & eò quidem magis miranda, quòd ſuis ipſi oculis iam
poenas viderunt juſtiſſimas, quas dederant (dederant autem non
iſto quidem rei nomine; verè tamen & illo rei, & occulto iu-
ſtoque judicio DEI vindicantis) omnes illi, qui tribus antè an-
nis in vtroque Concilio & Rituum & Criminum, cauſam rei
Chriſtianæ tam iniquè violentéque tractauerant; omnes ſci-
licet præter vnum, qui nunc Præſes erat, ſpoliati ſuâ digni-
tate; ſuccedentibus in eorum locum hiſce, qui, vti nunc vi-
demus, & errare cum prioribus, & pugnare ſecum ipſi per-
ſeuerabant. Cæterùm Imperator multò plus tribuens
æquitati cauſæ noſtræ, & Ferdinandi lachrymis, quàm pa-
tronis impijs tot calumniarum, & judicij tam peruerſi; ju-

*bet ſine morâ tranſferri cauſam totam à tribunali Rituum ad comitia ipſius Imperij, quæ dum verbis edicit ſanè grauibus, ordiri voluit (vtique de induſtriâ) ab illo nomine, quod conſiliarij illi conſultò malitioſeque prætererant, veteratoris ſcilicet yâm quām siēn, qui quidem dux & adminiſter fuerat totius fraudis ac ſceleris.*

# Mandatvm Imperatoris

## *quo cavſa noſtra Comitijs Imperij traditur examinanda.*

旨 chì 前 çiên 楊 yâm 光 quām 先 siēn 告 cáo 湯 tām 若 jŏ

望 vám 擬 ỳ 以 ỳ 重 chúm 罪 çúi 今 kīn 既 kí

稱 chīm 湯 tām 若 jŏ 望 vám 之 chī 罪 çúi 冤 yuèn

枉 vàm 豈 kì 可 cò 不 pú 將 çiām 是 xí 非 fī

議 ý 明 mîm 着 chŏ 議 ý 政 chím 王 vâm 貝 péi

月 yuě 二 lh 十 xě 六 lŏ 日 gě
康 cām 熙 hī 八 pă 年 niên 七 çiě
行 hîm 詳 çiâm 議 ý 具 kiú 奏 çéu
科 cō 道 taò 會 hoéi 同 tûm 再 çái
勅 Çĕ 大 tá 臣 chîn 九 Kièu 卿 Kīm

id eſt:

Superioribus menſibus iam ſemel ſimilibus in comitijs indicatus fuit yân quām sien reus eße grauioris criminis, atque adeò & capitis; quamuis id ei protinus condonatum fuit periniquâ violentâque ſententiâ non tam Imperatoris, quàm duorum procerum Patrocum & Erpicum, qui etiamnum dominabantur, propter accuſationem, quam inſtruxerat quondam contra Ioannem Adamum: quâ quidem accuſatione & proceßu judiciali homines item aliquot (quinque ſcilicet Mandarini Chriſtiani ex Collegio Aſtronomico) damnati fuerunt capitis, alijque alijs addicti poenis. Verùm cùm nunc apertè dicatur, quòd crimen & condemnatio Ioannis Adami ex inimicitiâ calumniáque proceßerit; quomodo fas ſit non examinare dilucidè, num ita res habeat

necne? Quocirca præcipio Principi comitiorum Præsidi, alÿsque Principibus ac primoribus Stirpis Regiæ, item Præsidibus tam Sinis quàm Tartaris Conciliorum noſtrorum; nec non Censoribus Imperÿ noſtri, vt coacto ritè cœtu examinent denuò accuratè singula; ac deinde faciant me de omnibus certiorem. Hactenus Imperator.

Omnino sexies coactus eſt cœtus iſte grauiſsimus, nec nisi ob res admodùm graues solitus indici. Tres Societatis IESV Sacerdotes ter adeſse juſsi: & in secundis quidem comitÿs cum impio yâm quām siēn, præcipuo persecutionis adminiſtro, pugnatum fuit acerrimè: perduellionis simul ac falsæ Religionis infame crimen, cuius ille nos reos agere perseuerabat, egregiè dilutum; sic prorsus, vt cùm indignabundi Principes ac primores Tartari calumniatorem tam grauem sine morâ vinciendum eſse judicarent, judices autem Sinæ hîc diſsentirent; consulto per internuncios Imperatore, & aſsentiente Tartaris, in ipso ſtatim veſtigio conspectuq; omnium catenis vinciretur. Confecta res erat, nisi fraus interceſsiſset, cùm enim comitia, quæ proximè secu-

ra sunt, multa præclarè ſtatuißent in rem noſtram; memoratus ille Præses Concilÿ Rituum à nobis & à Chriſto alieni, alienißimus & ipse, dum acta comitiorum describit Imperatori recitanda, voculæ vnius fraudulentâ commutatione euertit rem noſtram. Sed Imperator fraudem, credo, subodoratus (Præses certè quidem non multò poſt dignitate suâ priuatus eſt.) iterum iubet, iterumque haberi comitia, & quæ minùs declarata videbantur, rursum discuti. Prioribus iterum adſtitêre Patres, & pro libertate innocentiáque Chriſtianâ fortißimè dimicauerunt: quo autem succeſsu, patebit ex sententiâ Comitiorum, quam subiungimus.

# Sententia Comitiorvm

議 ý 覆 fŏ 禁 kín 止 chì 今 kīn 看 cán 得 tĕ

天 tiēn 主 chù 教 kiáo 係 hí 邪 siê 教 kiáo 已 ỳ 經 kīm

先 siēn 揑 niĕ 詞 çû 控 cúm 告 cáo

再 çái 議 ý 得 tĕ 惡 ngŏ 人 gîn 楊 yâm 光 quām

欽 kīn 此 çù 該 cāi 臣 chîn 等 tèm 會 hoéi 同 tûm

名 mîn 復 fŏ 行 hîn 還 hoân 給 kiĕ 該 cāi 部 pú 照 cháo 伊 ȳ 原 yuên 品 pìn

槩 cái 銅 tûm 像 siám 等 tèm 物 vĕ 應 ȳm 仍 gîm 行 hîm 禁 kín 止 chì 其 kî 湯 tām 若 jŏ 望 vám 通 tūm 微 vî 教 kiáo 師 sū 之 chī

天 tiēn 主 chù 教 kiáo 仍 gîm 令 lìm 伊 ȳ 等 tèm 照 cháo 舊 kiéu 供 cūm 奉 fúm 其 kî 伊 ȳ 等 tèm 聚 çiú 會 hoéi 散 sán 給 kiĕ 天 tiēn 學 hiŏ 傳 chuên

天 tiēn 主 chù 教 kiáo 並 pím 無 vû 爲 guêi 惡 ngŏ 亂 luón 行 hîm 之 chī 處 chú 相 siām 應 ȳm 將 çiām

供 cūm 奉 fúm

差人解送來京候到日該部請
chāi gîn kiài súm lâi kīm heú táo gĕ cāi pú çìm

天主教緣由解送廣東西洋人二十五名行令該督撫
tiēn chù kiáo yuên yeû kiài súm quàm tūm sī yâm gîn ulh xĕ ù mîm hîm lîm cāi tŏ fù

仁等因
gîn tèm yn

阜城門外堂及房屋其所賣之價空地還給南懷
feú chîm muên vái tâm kiĕ fâm vŏ kî sò mái chī kiá cūm tí hoân kiĕ nân hoâi

賜卹其許纘曾等應令該部查明原職給還至於
sú sŭ kî hiù çuōn çēm tèm ȳm lîm cāi pú châ mîm yuên chĕ kiĕ hoân chí ȳu

曆法可見楊光先前日之誣告實權奸敖拜使爲
liĕ fă cò kién yâm quām siēn çiên gĕ chī vû cáo xĕ kiuên kiēn ngáo pái sù guêi

皇上天察楊光先惡處奪其監職復用南懷仁管理
hoâm xám tiēn chă yâm quām siēn ngŏ chù tŏ kî kiēn chĕ fŏ yúm nân hoâi gîn quōn lì

倚勢奸情已經
ỳ xí kiēn çîm ỳ kim

恩卹其流徙子弟有職者各還原職等處今楊光先
nghēn siŏ kî lieû sì çù tí yeù chĕ chè cŏ hoân yuên chĕ tèm chù kīn yâm quām siēn

旨又李祖白等各官該部照原官
chì yeú lì çù pĕ tèm cŏ quōn cāi pú cháo yuên quōn

子流徒寧古塔可也
çù lieû sì nîm cù tà cò yè

爲已上誣告等欵緣由將楊光先仍即行處斬妻
guéi y xám vû caó tem quon yuên yêu çiám yâm quām siēn gêm çiě hîm chù chàn çī

天主堂龕座碑記自行折毀等今爲寃枉叅人多欵又
tiēn chù tâm can çó pōi kí çú hîm çě hoéi tem kīn guêi yuèn vam çān gîn tō quòn yéu

旨所畱
chì sò liêu

他等語楊光先倚附惡黨誣陷是實又光先將奉
tā tem yù yâm quām siēn y fú ngǒ tam vû hién xí xě yéu quām siēn çiám fúm

# Id eſt:

Ego ſummus Præſes Comitiorum, (primus hic eſt Principii ſanguinis Regij; idemque mirificè nunc fauet hominibus noſtris, & rei Chriſtianæ) cæterique mecum judices, obtemperantes huic mandato Imperatoris noſtri, poſtquam coacto ritè coetu denuò inſtituimus disquiſitiones, & conſultationes noſtras; comperimus Yâm quām ſiēn hominem improbum & nequam, confictis malignè criminibus, importunè violenteque accuſâſſe Religionem Chriſtianam falſitatis ac prauitatis: quæ quidem Religio reiecta tunc fuit ac vetita per ſententiam (trium Conciliorum, cui deinde ſubſcripſerunt Imperatoris nomine quatuor Proceres).

Nunc autem perſpicuè nos cognouimus, quòd profeſſio illa Chriſtianæ Religionis nihil prorſus contineat, quod prauum ſit, vel ad defectiones vergat perturbationesque publicas. Quapropter par eſt rurſum conſtituere, vt ijs, qui ſequuntur Religionem Chriſtianam, liceat eamdem profiteri priſtino cum ritu, ac libertate; ſic tamen, vt prohibeantur inſtituere coetus maiores: item ſpargere ſupradictum libellum de propagatione eiuſdem Religionis; ærea item numiſmata. (ne daretur anſa ſcilicet renouandæ ſuſpicionis, & calumniæ, quâ nos iam abſoluerant, de agitatâ clam defectione).

Cognomentum Ioannis Adami (quo ipſum Xún Chí Imperator ho-

nis gratiâ quondam ornauit) scilicet **Præſtantis & arcan. Legis Doctor**, eidem reſtituatur.

Curæ ſit etiam Concilio Magiſtratuum (primum eſt inter ſex regia, propriumque illius munus diſpenſare magiſtratus, & de eorundem cauſis cognoscere) vt eidem ſimiliter reſtituatur gradus ſuus, dignitaſque priſtina. (tametsi vitâ iam pridem functo: more peruetuſto gentis ſic licet, quotieſcunque poſt mortem comperta eſt cuiusquam innocentia).

Pari modo quod attinet ad Doctorem Hiu çuon çem, & alios (circiter duodecim Chriſtianæ Legis causâ priuatos suâ dignitate) mandetur dicto Concilio, vt exquirat, ecquid publici muneris ipsi quondam geſſerint, & reſtituatur unicuique munus ſuum.

Quod item attinet ad Templum ac domicilium (Societatis IESV) sita quondam extra portam huius Regiæ ſeu chîm dictã, reſtituatur, & pretium quo venumdata fuerant (à Quæſtore Regio, & ab emptore dein deſtructa) & fundus ipse Ferdinando, ac Socijs.

Detur verò in mandatis supremo Gubernatori Prouinciarum Quàm tum & Quàm si, nec non Proregi proprio prouinciæ prioris, vt expediant aliquos è miniſtris suis, qui homines Europæos quinque & viginti ob causam Religionis

Christianæ ablegatos in dictam prouinciam, deducant in hanc aulam: qui vbi peruenerint, exquiret tunc Concilium Rituum voluntatem Suæ Maiestatis.

Præterea Mandarinis Lì çù pě & alijs (quatuor è Collegio Astronomico priuatis publico munere, fortunis, ac vitâ) procuret Concilium magistratuum, vt singulis pro suo cuiusque gradu ea impendatur beneficentia Regia, quæ mortuis consueuit impendi; filijque & fratres eorumdem ab exilio reuocati, quotquot publicam geſſerunt dignitatem, eam recuperent.

Iam si agatur rursum de yâm quām siēn; vtique nixus ille fuit iniquo patrocinio gratiâque (Patrocum). Nuper certè cùm per se examinâſſet Imperator, quæ ab illo peccata fuerant, (varijs in rebus spectantibus Astronomiam, cui fuerat præfectus; impunè tamen peccata, propter authoritatem perfidi patroni) sine morâ priuauit hominem suo magistratu, vsurus deinceps operâ Ferdinandi ad Astronomicæ rei curam & administrationem. Ex quo potest colligi, eumdem yâm quām siēn dum graſſatus quondam fuit tot mendacijs & calumnijs; id reuerà fecisse fretum authoritate potentiâque perfidi Ngáo pái (siue Patrocum); qui & auctor ipsi fuit, vt sic faceret. Planè sic res habet: innixus yâm quām siēn

isti societati improborum atque rebellium per meras fraudes & calumnias præcipitauit homines innocentes in interitum.

Idem quoque suapte authoritate demolitus est ac destruxit altare (seu pegma sacrum); nec non marmoreum monumentum in Templo Domini Cœli: cùm tamen ea mandato Regis vetita fuissent violari.

Quæ cùm ita sint, cùm fuerint octo capita accusationum ex odio & temeritate profectarum, quibus yâm quām siēn nocuit certis hominibus: cumque aliàs similiter instruxerit calumnias paulò ante memoratas; ipse quidem plectatur capite; vxor verò & liberi exules abeant in Tartariam nostram. Nìm cù tă. Hactenus Comitia.

Quid nunc aliud expectet, quisquis priora consideràrit attentiùs, quàm promptissimè subscripturum Principem æquitati iustitiæque tam patenti? poscebat id quidem res ipsa & ratio Sed enim voluit is vincere duntaxat **Innocentiam** Christianam; triumphare (quod tamen erat iustissimum) necdum voluit

# Reſponſum Imperatoris ac Sententia

復立堂入教仍着嚴行曉諭禁止餘依議

fǒ liě tâm gě kiáo gêm chǒ yên hîm hiào yú kín chì yû ȳ ý

天主教除南懐仁等照常自行外恐直隸各省或

tiēn chù kiáo chû nân hoâi gîn tèm cháo châm çú hîm vái cùm chě lí cǒ sèm hoě

取來京城其

çùi lâi kīm chîm kî

寛免死妻子亦免流徙西洋二十五人不必

quōn mièn sù çī çù yě mièn lieû sì sī yâm lh xě v gîn pú piě

旨楊光先本當依議處死但念其年已老姑從

chì yâm quām siēn puèn tām ȳ ý chù sù táu nién kî nieû ỳ lào cū çúm

# Id est:

Oportebat me quidem hîc subscribere sententÿs vestris, ipsumque yâm quām sieñ morti addicere: verumtamen considerata hominis ætate admodùm iam prouectâ, (erat septuagenarius iam maior inueteratus ille dierum malorum) ego pro lenitate meâ, & clementiâ ipsum hâc quidem vice mortis supplicio; vxorem verò & liberos exilÿ poenâ absoluo. (At non absoluit DEVS: quippe duobus pòst mensibus extinxit impium calumniatorem sæuo prorsus ac pestilenti morbo correptum) Europæos homines quinque & viginti non est necesse adduci in aulam. Ad Christianam Religionem quod attinet, (excepto quidem Ferdinando & reliquis, qui eam sicut priùs ipsimet exerceant licet) quoniam verendum est, ne foris in hâc Prouinciâ Pekinensi cæterisque denuò fortè exstruantur Templa, & suscipiatur ista religio; mando rursus expediri diplomata, quibus id seuerè interdicatur. Cætera verò quæ censuistis (de innocentiâ scilicet Legis Christianæ, atque adeò vt Sinis, qui Christiani iam sunt, perseuerare liceat in illâ more pristino: vt item recuperent suam libertatem, nec non honores pristinos ac facultates, quicunque ea propter Christianam religionem nuper amiserunt) omnia approbo, & rata habeo.

Protinùs itaque executioni mandata omnia, reuocati e-

xules, reſtituta bona &c. Non respondit quidem hæc sententia spei noſtræ, qui summa quæque (nec temerè) speraueramus, fatendum tamen, eâ nos id fuiße consecutos, quod temporibus maximè secundis, & per annos octoginta summis expetitum votis, numquam potueramus consequi, vt scilicet Innocentia Chriſtianæ Legis grauißimo testimonio Comitiorum Imperij & ipsiusmet Imperatoris tandem confirmaretur. Regijs itaque diplomatibus vulgata per vniuersam Chinam hæc sententia, adeò non deiecit animos Neophytorum, (quod principiò timuerant Socij) vt è contrario erexerit deiectos, & quæ religio apud Ethnicorum non paucos in odio & contemptu fuerat propter calumnias superiorum temporum; hâc tandem auditâ sententiâ, cœpit eße in honore. Formidines interim nescio quæ iniectæ animo Principis, etiamnum adolescentis, ab uno alteróue Consiliario, plus quàm par erat, politico, hîc in causâ fuerunt, ne penitùs explerentur spes noſtræ ac vota. Verumtamen numquam fuit, neque nunc erit, consilium contra Dominum. Cœpit, vtique perficiet. Sic sperare nos iubet eiusdem bonitas summè sapiens, summè potens. quin & ille ipse, qui errauit; Imperator, inquam, creduli timoris ac facilitatis su

quodammodo poenitens, haud multò post coram solatus Ferdinandum ſperare illum iußit meliora. Et verò explorauerat iam ipse studiosiùs, quo animo ferrent Socij promulgandæ Legis Euangelicæ interdictionem; certóque cognouerat instar acerbißimi fuiße vulneris. Quocirca spem datam quantocyùs confirmare volens, missis postridiè duobus aulicis ad ædes nostras, significari iußit suo nomine Socijs in genua prouolutis, (sic enim mos est audire, quicquid nuntiari iubet Sinica Maiestas) æqua sibi videri, adeóque iam tum probari, quæ postulabant: quò tamen ordinatiùs stabiliusque fierent omnia; libellum de more supplicem denuò offerrent. Quibus quidem verbis inde etiam suum accedebat pondus, quòd idem Princeps tribus antè diebus Apologiam nostram, & summam doctrinæ Christianæ gemino comprehensas volumine exhiberi sibi voluißet. Quamuis igitur hoc in negotio nunc quoque aduersarios habeamus & acres & potentes; procul dubio tamen (sed fauente Regum Rege) quæ nunc **VICIT INNOCENTIA**, breui etiam triumphabit.

Fauoris interim humani, & spei similiter humanæ pignus haud exiguum, præter ea quæ paulò antè commemorata sunt, fuit eximius honor ille, sumptusque è fisco petitus Regio, quo celebrari

iuſsit idem Imperator memoriam & exequias P. Ioannis Adami Schall: illius nimirum viri, quem tribus antè annis per tot raptatum tribunalia, tot oppreſsum calumnijs & iniurijs, quatuor illi Proceres, quamuis iniqui infeſtique, abſoluerant tamen; primum quidem peracerbo mortis supplicio, ad quod ipsum calumniatrix (vt ita loquar) superſtitio, ceu reum perduellionis, condemnauerut; quasi consultò scilicet diem infauſtum designâſset ad funus efferendum infantis Regij: deinde verò abſoluerant ipso etiam crimine, quando nempe Imperatoris nomine declarauerunt:

念 *nién* 掌 *chàm* 司 *sū* 天 *tiēn* 文 *vên*
選 *siùen* 擇 *çĕ* 非 *fī* 其 *kî* 所 *sò* 習 *siĕ*

idest: exercere judiciarias obſervationes & electiones temporum, non eſſe munus proprium illius, qui ſupremus Aſtronomiæ eſt Præſes: *Quem item virum Imperij Comitia, vti modò vidimus, altero crimine, sed longè glorioſiſsimo, liberauerant, promulgatæ Legis Chriſtianæ; quatenus scilicet eam Legem sine vllo eſſe crimine pronuntiârant: & tandem Princeps ipse Sinarum simul ac Tartarorum vitâ iam defunctum tantis*

eſt proſecutus non modò laudibus, ſed etiam gratijs, quantæ non ſolent, niſi in viros ſummos, optimeque meritos de Imperio conferri.

# Elogium Exequiale.

皇 hoâm 帝 tí 諭 yú 祭 çí 原 yuên 任 gîn 通 tūm

政 chím 使 sú 司 sū 通 tūm 政 chím

使 sú 加 kiā 一 ĭ 級 kiĕ 又 yéu

加 kiā 一 yĕ 級 kiĕ 掌 chàm 欽 kīn

天 tiēn 監 kiēn 印 ýn 務 vú 事 sú

故湯若望之靈曰鞠躬盡

cú tām jǒ vām chī lîm yuě kiǒ cūm çín

瘁臣子之芳踪節死報勤

çúi chîn çù chī fām çām çiě sù paó kîn

國家之盛典爾湯若望來

quě kiā chī xím tièn lh tām jǒ vām lâi

自西域曉習天文特畀象

çú sī yǒ liaò siě tiēn vên tě pí siám

曆之司爰錫通微教師之

liě chī sū yuên siě tūm vî kiáo sú chī

lh̀ jû yeù chī xám kĕ kīn hiàm

pú hieù chī yûm xú hiàm fì cūm chī pâo

nghēn siŏ kiĕǹ quōn chí çí ū hū yŭ chûi

Kiā

háo Kiú lh̀ châm xí chín yûm táo yên tĕ

*Id eſt:*

Imperator deferri ivbens honores fvnebres pÿs manibvs *Ioannis* Adami miniſtri qvondam ſvi ex primo ordine;(a) nec non rervm Aſtronomicarvm Præſidi ſvpremo, ſic ait: Impendere ſvmmâ cvm reverentiâ vires omnes animi corporisqve *in obsequium Principis et vtilitatem publicam*; laus fuit, atqve opvs illvſtre hvivs miniſtri mei, *velut alterius Chū Cō Leám, qui id olim sermone factoque usurpavit.* (b). Commiſeratione verò nvnc affici vitâ fvncti, meritiſqve eivſdem mvnvs aliqvod àc præmivm rependere, eſt hoc *viciſsim* mevm Imperatoris præcipvvm qvoddam & officium & beneficivm. Veniſti hvc ô Ioannes Adame à finibus Occidentis, & cvm peritus eſſes Aſtronomiæ, in eâque exercitâtus; adminiſtratio ſvprema rerum Aſtronomicarvm vni tibi fuit commiſſa: quin & condecoratus fuiſti cognomento illo honorifico **Præſtantis & arcanæ legis *Doctor*;** qvando ecce derepente longum illud à nobis iter *moriens* ingreſſus es. Ego ſentio vehementer

hanc mortem tuam, datâque operâ collaturus tibi beneficium, cuiuſmodi ſolet in mortuos conferri, legaui vnum ex miniſtris meis Regÿs, qui honores hoſce exequiales tibi meo nomine rite perſoluat. ah! ah! Tv quidem inter nos immortalem famam relinquis ac gloriam nominis tui: at ſuſcipe tamen hanc qualemcunque remunerationem conſtantis fidei, quâ tuimet oblitus, totum te vtilitati publicæ quondam conſecrâſti: & quando is es, qui etiam nunc percipias ſenſum animi mei; potes vtique venire, & quæ deferimus, ſuſcipere.

(a) *Sinicæ dignitatis ordines omnino ſunt nouem: primus idem eſt, qui ſupremus; adeoque paucißimorum.*

(b) *Colaus ille, qui cum defunctus hîc comparatur, vir fuit integerrimæ fidei, publicæque salutis ſtudioſißimus, & nulli propè eorum, quos China deprædicat, ſecundus: Imperator quidem Chāo Liĕ iam moriturus (anno Chriſti 223.) ſic eum relinquebat filio ſuo & hæredi Conſiliarium, Magiſtrum, & patrem, vt ſimul capeßere juberet coronam & imperium deiecto filio; ſi quando is monitis illius haud obtemperaret. Floruit imperante familiâ Heù Hán inter familias Imperatorias ordine ſextâ.*

*Hunc igitur in modum quatuor illi præcones innocentißimæ Legis Chriſti, Adamus, Ludovicus, Gabriel, Ferdinandus,*

(præter alios sex & viginti; quatuor scilicet ex Sacrâ Diui Dominici familiâ; ex Seraphicâ S. Francisci vnum; reliquos minimæ Societatis nostræ) cùm Legis eiusdem causâ innocentes & ipsi, multas tamen, grauesque ærumnas & contumelias paſsi fuiſsent præ reliquis in Regiâ Pekinensi; præ reliquis etiam honorati sunt in eâdem Regiâ: volente sic ipsos honorari non tam Sinico Rege; quàm eo, in cuius manu sunt omnium corda Regum: qui vti potuit, ita etiam voluit illustrare innocentiam Legis immaculatæ, innocentium contumeliâ simul & honore: idque eò admirabiliùs, quò suauiùs, fortiùsq; & accommodatiùs (ut ita loquar) ad ingenium Sinarum. Cuius quidem fortiſsimæ suauitatis, &, quæ huic famulata est, Regiæ voluntatis adeò propensæ in rem nostram, & plerisque magistratuum procul dubio iam perspectæ, non minùs illustre, quàm recens argumentum hoc est, quòd videamus interdictionem illam, seu veriùs, suspensionem propagandæ Religionis Christianæ sic eſse vulgatam, vt timori quidem officioque politico factum sit satis; re autem verâ, propagetur ipsa Religio, numerusque Christianorum nouis in dies acceſsionibus, tam in hâc, cæterisque prouinciarum, quàm in ipsâ Regiâ, nemine vel prohibente, vel inquirente, feliciter augeatur.

Duobus circiter poſt mensibus, quàm superior narra-
tio typis edita fuerat, cùm nos admodùm suspensi animo,
ſucceſſus nouos expectaremus nouorum conatuum atque cer-
taminum: tandem die nonâ Martij anni huius 1671. ex
priuatis publicisque nuntijs cognouimus, desideratam diu po-
teſtatem nobis fieri ab Imperatore ad Ecclesias ac Stationes
priſtinas reuertendi. Annus erat, eoque amplius,
quòd Socij Pekinenses conscripserant libellum, & ex consilio
virorum prudentum atque amiciſſimorum sæpiùs ad limam
reuocatum, verbis inſtruxerant ac rationibus ad ingenium
gentis vtriusque, Sinensis ac Tartaræ, mirè accommodatis;
quibus adeò gratiam illam ac poteſtatem supplices flagita-
bant. Verùm cùm vsitata ac propè neceſſaria of-
ferendi libelli ratio ac via hæc eſſet, vt per manus illius, qui
Rituum Concilio præsidebat, offerretur; numquam hic, id
vt faceret, exorari potuerat. Quarè Socij aliam ingreſ-
si viam, patrocinante nobis tum patruo Imperatricis, eodemq;

*primo Imperij adminiſtro, tum etiam Principe ſtirpis regiæ, qui Præses fuerat comitiorum antecedentium, tandem aſſecuti sunt, vt admiſſus ab alio magiſtratu (qui tūm chím sū vulgò dicitur) libellus ad manus Principis perueniret. Magiſtratum hunc, qui tertij eſt ordinis, literati complures conſtituunt; quos quidem rectè magiſtros supplicationum voces: ipſorum namq; munus eſt admittere libellos supplices, admiſſos diſcutere; & si quidem æqua poſtulari videantur; Colais, ac Principi repræſentare.*

# Libellvs svpplex.

皇 hoâm 上 xám 睿 júi 智 chí 洪 hûm 慈 çû 古 cù 今 kīn 無 vû

臣 chîn 等 tèn 仰 niàm 荷 hô

奏 çéu 為 guéi

天 tiēn 恩 nghēn 難 nân 報 páo 事 sú

文 vên 思 sú 南 Nân 懷 hoâi 仁 gîn 等 tèm 謹 kìn

遠 yuèn 西 sī 臣 chîn 利 Lí 類 lúi 思 sú 安 Ngān

十八十不等之年其中十餘人有通曉曆法於順
xě pǎ xě pǔ tèm chī niên kî chūm xě yû gîn yeù tūm hiào liě fǎ yū xún

安當等二十餘人久羈東粵切念安當等半係七
ngān tām tèm lh xě yû gîn kieù kī tūm yuě çiě niên ngān tām tèm puōn hí çiě

賜卹生者頂
sú siǒ sēm chè tìn

仁昊天之恩無微不照矣惟是栗
gîn hào tiēn chī nghēn vû uî pú cháo ỳ guêi xí liě

九卿科道會同詳議革職者復官流徙還鄉歿者
Kieù kīm cō taù hoéi tûm çiâm ý kě chě chè fǒ quōn lieû sí hoân hiām mǒ chè

兩者也如楊光先誣告湯若望一案議政王貝勒
leám chè yè jû yâm quāng siēn vû cáo tām jǒ vám yě ngán ý chím vâm pói lě

製碑文屢次
chí pōi vên liù çú

世祖皇帝深知 天主教無敝故 賜堂 賜扁 御
xí çù hoâm tí xīn chī tiēn chù kiáo vû pí cú sú tâm sú pièn yú

西洋教則中國自明迄今已將百年
sī yâm mǒ çě chūm quě çú mîm hiě kīn ỳ çiām pě niên

旨入國禮部題請在案至臣等自幼棄家學道生雖
chì gě quě lì pú tî çìm çài ngán chí chîn tèn çú yéu kí kiā hiŏ tào sēm sūi

治拾陸年奉
chí xě lǒ niên fúm

康 Cām 熙 hī 九 Kieù 年 niên 十 xě 一 yě
月 yuě 二 ŭl 十 xě 八 pǎ 日 gě 奉 fúm
旨 chì 這 ché 本 puèn 內 núi 情 çîm 節 çiě 該 cāi
部 pú 確 kiǒ 議 ý 具 kiú 奏 çéu

## Id eſt;

Nos Ludovicus Buglius, Gabriel Magellanius, Ferdinandus Verbieſt, cæterique ex remoto Occidente ſubditi tui, reuerenter ac ſupplices certiorem facimus Tuam Maieſtatem de rebus ad tuam ipſius ſpectantibus munificentiam, cui perdifficile eſt referre vices ac grates. Nos ſubditi tui ſuſpicimus admirabundi, réque ipsâ experimur Imperatoriæ Maieſtatis Tuæ perſpicacitatem, prudentiam, clementiámque ampliſsimam nunc & olim ſemper vnam & eamdem. Sicut patuit nuper, quando ſcilicet examinato proceſsu judiciali, quo yâm quām ſiēn falſi criminis accuſauerat Ioannem Adamum Schall; & poſt totam illam cauſam tuo juſsu per Principem Comitiorum Præ-

sidem, aliosque Principes ac primores ſtirpis Regiæ, Præsides item Conciliorum tuorum, nec non Censores Imperij, coactis rite comitijs, singillatim & accuratè discußam; ijs quidem omnibus, qui munere publico fuerant priuati; reſtituta fuit dignitas priſtina; qui verò in exilium ablegati, reſtituta patria; mortuis ea quæ solet impensa eſt miseratio: superſtites autem (eorum filij) gaudent iam humanitatis & clementiæ tuæ, munificentiæque donis (censu paterno scilicet ac dignitate) nihil denique tam fuit humile, tamque exile, quò non pertigerit colluſtratio benignitatis Tuæ. Soli ex omnibus, Antonius (de S. MARIA, scilicet, ex Diui Francisci familiâ, qui cùm persecutionis tempore primus in aulam perductus fuißet, primum Regijs in catalogis locum, qui ſtylus eſt curiæ, mortuus quoque semper obtinuit) cæterique homines (Sacerdotes Europæi) supra viginti multo iam tempore vinctorum in morem detinentur in Prouinciâ Cantoniensi. Obuersantur autem aßiduè oculis mentis noſtræ dicti Socij: ex quibus multi iam nati sunt annos plus minus septuaginta vel octoginta; plures item quàm decem artis aſtronomicæ periti anno decimo sexto imperantis Xún chí, mandato eiusdem Chinam sunt ingreßi; poſtquam nempe Concilium Rituum (cuius acta etiamnum exſtant) voluntatem regiam exquisiuerat. Porrò nos subditi tui, ab ineunte iam ætate noſtrâ res

皇上再造之德也伏乞

hoâm xám çái çào chī tĕ yè fŏ kiĕ

世祖皇帝柔遠之仁則諸臣有生之年皆

xí çù hoâm tí jêu yuèn chī gîn çĕ chū chîn yeù sēm chī niên kiāi

世祖皇帝時得生歸本堂老歸本墓以繼

xí çù hoâm tí xî tĕ sēm quēi puèn tâm lào quēi puèn mú y kí

皇上垂浩大之恩念安當等無辜之苦

hoâm xám chûi hào tá chī nghēn nién ngān tām tèm uû cū chī cù

賜仍依

sú gêm ȳ

聖駕臨堂容臣等各居本堂焚脩伏乞

xím kiá lín tâm yûm chîn tèm cŏ kiū puèn tâm fuên siēu fŏ kiĕ

臣南懷仁 chîn nân hoâi gîn

臣安文思 chîn ngān uên sú

康熙九年十一月二十日遠西臣利類思 Cām hī Kieù niên xĕ yĕ yuĕ lh xĕ gĕ yuèn sī chîn lí lúi sú

聞 vên

題為此具本謹具奏 tî guéi çù kiú puèn kìn kiú çóu

睿鑒施行已經具呈禮部未蒙代 juí kién xī hîn y kīm kiú chîm lì pú ví mûm tái

omnes curaſque humanas abiecimus, & diſciplinæ religioſæ operam damus: cumque vitam hauſerimus in Europâ; tamen finimus illam in Chinâ, idque per annos prope centum, à temporibus familiæ Taimingæ ad hunc vſque diem. Et defuncto quidem Imperatori (patri tuo) penitus perſpectum fuit Legem Diuinam expertem eſſe labis omnis ac vitij: quocirca etiam beneficè nobis conceſſit ipſe Templum; tribuit titulum foribus eiuſdem præfixum; tribuit elogium marmori incisum: repetitis quoque vicibus ſacra Maieſtas illa acceſſit ad Templum noſtrum; & permiſit nos, cæteroſque Sociorum commorari ſingulos proprijs in Templis, & vacare diuino cultui, ſtudioq; virtutum. Obſecramus ergo ſupplices Tuam Maieſtatem, vt demittas in nos perennem illam magnamque beneficentiam tuam; & benignè memor ærumnarum Antonij ac reliquorum omni culpâ vacantium, digneris permittere, vt eâdem cum libertate, quâ tempore Imperatoris defuncti, liceat ipſis, qui vegetioris quidē ætatis ſunt, remigrare proprias ad ædes ac templa; qui verò ſenes atque decrepiti, ad loca ſepulturæ ſuæ deſtinata: vt ſic humanitas atque benignitas illa, quâ (pater tuus) Imperantis familiæ conditor homines exteros complecti ac fouere conſueuerat, per te perpetuetur. Hoc pacto, ſiquid vitæ nobis omnibus ſubditis tuis

erit reliquum; id omne virtutis tuæ, quâ nos ad vitam quodammodo reuocaueris, munus erit. Iterum hîc supplices imploramus ſapientiam tuam, quâ expendas ea, quæ modò propoſuimus, & executioni mandari jubeas. Concilio quidem Rituum ſimiliter expoſueramus hæc omnia de ſcripto: ſed impetrare non potuimus, vt referret ea pro nobis Maieſtati Tuæ. Quocirca nos ipſi oblato reuerenter libello certiorem facimus Tuam Maieſtatem, eiusq́ue mandatum præſtolamur.

Ex remoto Occidente ſubditi

Buglius. Magellanius. Verbieſt.

Imperantis Cām Hī anno IX. die 20. menſis vndecimi.

Libellum hunc admiſit Imperator, & in intimo ac ſupremo Colaorum Concilio perlectum, tranſmiſit de more ad Concilium Rituum.

# Mandatum Imperatoris quod prodÿt eiuſdem anni & menſis die 28.

Quæ continentur hoc libello, Concilium Rituum ſingula conſideret ac diſcutiat accuratè, noſque certiores faciat.

*Cùm neceſſe fuerit huic mandato vel inuitos morem gerere; patebit ex duplici, quod hîc subÿcitur, conſulto, quantâ cum pertinaciâ ſimul & callliditate homines politici aduerſati ſint propenſæ in rem noſtram voluntati Regiæ, priſtinæque libertati ad Legem Diuinam ſuſcipiendam.*

# I. Conſultum ac Reſponſum Concilÿ Rituum

皇上垂洪大之恩念安當等惟
hoâm xám chûi hûm tá chī ngēn niên ngān tām tèm vî

十八十不等之年伏乞
xě pǔ xě pú tèm chī niên fǒ kiě

羈束越切們安當等本係七
Kī tūm yuě ciě mên ngān tām tèm puōn hí ciě

奏請柔安當等二十餘人久
ceú chīn Lie ngān tām tèm lh xě yû gîn kieù

該臣等會以得摟利類思等
cāi chîn tèm hoéi ý tě Kiú Lí lûi sú tèm

恐直隸各省或復立堂入教仍著
kùm chĕ lí cŏ sèm hoĕ fŏ liĕ tâm gĕ kiáo gēn chŏ

其天主教除南懷仁等照常自行外
kì tiēn chù kiáo chù nân hoâi gîn tèm cháo châm çú hîn vái

旨將栗安當等二十五人不必取來京城
chì çiám bĕ ngān tām tèm lh xĕ ù gîn pú piĕ çiù lâi kīm chîm

查得先經會議具題奉
châ tĕ siēn kīm hoéi ý kiú tî fûm

辜之楚生得歸本堂老歸本墓等
cū chī çù sēm tĕ quēi puèn tâm lào quēi puèn mú tèm

只遵行可也　　此本一段
chī çuni hâm cò yè

仍照存
gêm cháo çuên

於此將利類思等具題之主無容再以
yû çù çiám lí lúi sú tèm kiú tí chī chù vû yûm çái ý

歸本堂敢日久復立堂入教亦未可知
quēi puèn tâm càm gě kièu fǒ liě tâm gě kiáo yě vi cò chī

嚴行曉諭禁止拘聚今列安當等俱着各
yên hîm hiào yú kín chì kiū çù kīn liě nghu tām tèm kiū chŏ c.

## Id eſt:

Nos è Concilio Rituum ſubditi Maieſtatis Tuæ, inſtitutâ conſultatione communi comperimus, quâ ratione Buglius ac Socij expoſuerint Maieſtati Tuæ, quòd Antonius cæterique homines ſupra viginti iam diu hæreant quaſi vincti in provinciâ Cantonienſi: ex quibus cùm multi iam ſenes ſint annos nati plus minus ſeptuaginta vel octoginta; reputantes hoc ipſi apud animum ſuum, ſupplices rogant Maieſtatem Tuam, vt demittat perennem illam magnamque beneficentiam; & recordetur ærumnarum Antonij, ac Sociorum, omni culpâ vacantium: quibus adeò liceat, vegetioribus quidem remigrare ad templa ſua; ſenioribus verò ad loca ſepulturæ ſuæ deſtinata &c. Quarum rerum per nos factâ diſquiſitione, comperimus, quòd poſtquam nuper inſtituimus communem conſultationem his ipſis de rebus, mentemq́; noſtram expoſuimus Tuæ Maieſtati; edictum haud multò poſt prodijt, quo ſignificabatur, non eſſe neceſſarium, vt Antonius cæterique homines viginti quinque adducerentur in aulam. Ad religionem verò Chriſtianam quod attinebat, (excepto quidem Ferdinando ac cæteris, quibus fas eſſet eamdem ſicut prius exercere) quoniam verebatur Maieſtas Tua, ne foris in hâc provinciâ Pekinenſi reliquiſque deinde forte exſtruerentur templa, & Religio iſta ſuſciperetur; mandabat iterum expediri diplomata, quibus id ſeuerè interdiceretur. Nos itaque venerabundi morem geſſimus huic mandato.

~~Nunc autem~~ si quidem Antonius ac cęteri iubeantur singuli redire ad sua templa; veremur & nos, ne lapsu temporis denuò instituant ipsi templa extruere, & facere Christianos: res est saltem incerta. Quapropter ea quæ de Antonio cęterisque proposita sunt Tuæ Maiestati, non vocentur ampliùs in deliberationem: sed reuerenter procedatur secundùm edictum præcedens.

*At certè non edixit Imperator, vt ij quos innocentes declarârunt, eiecti domicilijs suis, perpetuo in exilio contabescerent, quæ vestra hîc videtur esse sententia.*

# Alterum consultum & responsum eiusdem Concilij

者 chè 候 heú 職 chě [illegible] liêu [illegible] sí 者 chè

會 hoéi 同 tûm 具 kiú 題 tî [illegible] kě 職 chě

九 kieù 卿 kīm 科 cō 道 tào 官 quōn 員 yuên

查 chá 得 tě 議 ý 政 chím 王 vâm 貝 poéi 勒 lě

又 yéu 一 yě 議 ý

若仍在廣東伊等之罪未釋既稱
jǒ gēm çai quàn tūm ȳ tèm chī çuì ví xè kí chìn

着嚴行禁止之只不便令各歸本堂
chǒ yên xîm kín chì chǐ chì pú piên lîm cǒ quei puèn tâm

有從直隸各省或復立堂入教仍
yeù çùm chě lí cǒ sèn hoě fǒ liě tâm gě kiáo gēm

在廣東將伊等各歸本堂等奉
çai Quàm tūm çiám ȳ tèn cǒ quei puèn tâm tén fúm

[illegible][illegible]亡故者 隨即呆安當等仍羈
li. ŝu hiâm vâm cú chè sú siǒ liě ngān tām tèm gêm kī

仁 gîn 一 yě 同 tûm 舊 kiū 住 chú 可 cò 也 yè

京 Kim 城 chîm 與 yù 南 Nân 懷 hoâi

當 tām 等 tem 俱 kiū 取 çiù 來 lâi

曉 hiaò 曆 liě 法 fǎ 將 çiám 栗 liě 安 ngān

內 núi 有 yeù 十 xě 餘 yû 人 gîn 通 tūm

Id eſt:

Rebus iterum discuſsis, comperimus, quòd sententia superiorum Comitiorum proposita Maieſtati Tuæ, fuerit, vt reſtitueretur priuatis dignitate dignitas priſtina; vt exulibus reſtitueretur solum patrium; vitâ functis vt impertiretur solita miseratio; Antonio, cæterisque etiamnum detentis in prouinciâ Cantoniensi poteſtas ut fieret singulis ad propria templa redeundi. [Liquet igitur, idque teſtimonio hominum tam acriter nobis aduersantium, placuiſſe tunc Comitijs Imperij euocari nos Pekinum, eo maximè consilio, vt dimitteremur inde rursum cum honore & authoritate ad priſtinas Ecclesias ac ſtationes noſtras, & quidem sine vllâ prohibitione Diuinæ Legis propagandæ.] Sed quoniam venerandum Maieſtatis Tuæ responsum deinde fuit ac placitum, vereri te, ne fortè in hâc alijsque prouincijs denuò exſtruerentur ab ipsis templa, atque indigenæ Le-

gem iſtam susciperent; cumque adeò rursum præscripseris seuerum eiusdem prohibitionem: censemus & nos haud expedire, vt singuli reuertantur ad sua templa. Veruntamen quia carituri sunt ijdem communi illâ noxarum condonatione & gratiâ, siquidem detineantur etiamnum in Prouinciâ Cantoniensi; & quia plures quàm decem dicuntur eſse inter ipsos periti Aſtronomiæ; poterunt satis conuenienter euocari omnes in hanc Regiam, vt ibidem simul cum Ferdinando commorentur. Die 18. mensis 12.mi

Mitior aliquanto sententia; verùm Diuinæ Legis promulgationi, noſtræque libertati non minùs quàm prima aduersans. Quamquam sperari non poterat quidquam melius ab eo coetu Consiliariorum, à quo nulla vnquam secta vel Religio legitimè recepta vel approbata fuiſse dicitur, quamdiu ſtetit hæc Monarchia, præter vnam quæ Jû Kiáo nuncupatur, eſtque propria hominum litteratorum ac magiſtratuum: quantumuis interim multi sæpè Principes Imperij totius; quin & Præsides ac Senatores huius ipsius Consilij priuatâ quâdam superſtitione sectis alijs alijsque impensè fauerint. Secta porrò Jû Kiáo rationi legique naturæ satis consentanea, primis illis Monarchiæ temporibus, diu sanè perſtitiſse videtur inuiolata; (quantum nobis licet conijcere ex vetuſtiſsimis gentis libris ac monumentis) quoad lapsu uitioque temporum depravari cœperunt, qui illam maximè profitebantur, ac tot erroribus totque superſtitionibus tandem inquinari, ut hoc tempore prisci quidem codices illam conseruent; litteratorum verò multi solo illius nomine, & fucatâ quâdam specie glorientur. Quo minus eſt mirandum aduersari tam conſtanter

Legi gratiæ, qui Legi naturæ parere desierunt. Accedit etiam, quod tam Sinæ, quam Tartari propriÿs insuper ſtimulis contra nos concitentur: Sinæ quidem liuoris ac inuidiæ, dum se non æquari modò, sed etiam superari vident ab ÿs, quos in incultis barbarisque nume- rauerant: dum item Lux Euangelica suas vel initÿs exhibet maculas, ac palàm facit, quàm tenue lumen fuerit priscæ ipsorum Philosophiæ; quam cùm vsqueadeò prædi- cent tumidi, suis tamen erroribus vitÿsque tam fœdè commaculant. Tartaros autem perpetuæ quædam suspiciones agitant atque formidines, quas gignit paucitas sua, con- scientiaque occupati Imperÿ, & sic occupati: quo etiam fit, ut nihil ipsis eſſe videatur alienius ab omni prudentia cautioneque politicâ, quàm homines exteros, & quidem magiſtros pe- regrinæ Legis per vrbes ac prouincias suas dispergi. Malitiosè interim callideque me- tus iſtos & curas nonnulli Sinarum exaggerant, non tam ut consulant publicæ incolumi- tati, quàm vt ferociùs barbari creduli que victoris animus contra nos concitetur. Su- perſtitio denique & dæmoniorum cultus multorum animos vehementer à nobis alienat: (quamuis hocipsum mirâ tegant diſsimulatione, quotiescunque ius dicunt) ferunt enim pera- cerbè, quòd ea numina, quæ ipsi tantâ cum superſtitione colunt, christiana Religio spernat ac deteſtetur, & dæmonia eſſe doceat æternis inferorum supplicÿs addicta.

Et his quidem aliÿsque de causis, vbi duo iſta senatus consulta ad supremum intimumque Con- cilium delata sunt, tam ferociter ibi contra nos ac vota nostra pugnatum fuit; vt ab ami- co nuntiaretur tribus Socÿs, non poſse iam diutiùs adolescentulum Principem tam ob- firmatis tot ac tantorum virorum sententÿs reluctari. Conſtabat certè Colaos omnino

*tres natione Sinas palàm aduerſari rebus noſtris: ſic ut ſtupendum fuerit, ac Diuinæ tribuendum potentiæ, euiciſſe bonum Principem, vt reditus nobis ad Eccleſias, cum tam illuſtri teſtificatione innocentiæ noſtræ; tametſi non cum eâ, quâ par erat, libertate concederetur.*

# Placitum Imperatoris ac Sententia

## Data eiuſdem menſis duodecimi die vigeſimâ primâ

知 tèn 因 yīn 康 cām 熙 hī 九 kièu 年 niên 十 xě 二 lh́ 月 yuě 十 xě

八 pǎ 日 gě 題 tî 本 puèn 月 yuě 二 lh́ 十 xě 一 yě 日 gě 奉 fúm

旨 chì 據 kiú 利 lí 類 lúi 思 sū 等 tèm 奏 çeú 稱 chīm 栗 liě 安 ngān 當 tām 等 tèm

半 puōn 係 hí 七 çiě 十 xě 八 pǎ 十 xě 之 chī 年 niên 無 vû 辜 cū 久 kièu

羈 kī 東 tūm 粵 yuě 等 tèm 語 yù 此 çù 內 núi 有 yeù 通 tūm 曉 hiào 曆 liě

仍着遵前旨禁止
gêm chŏ çūn çiên chì kín chì

隸各省一應人等不許入教
lí cŏ sèm yĕ yīn gîn tèm pŭ hiù gĕ kiáo

歸本堂除伊教焚脩外其直
quēi puèn tâm chû ȳ kiáo fuên siēu vái kí chĕ

同居其不曉曆法的准其各
tûm kiū kî pŭ hiào liĕ fă tiĕ chùn kî cŏ

法的着取來京與南懷仁等
fă tiĕ chŏ çiù lâi kīm yù nân hoâi gîn tèm

Id eſt:

*Secundùm ea quæ nobis ſignificata ſunt à Ludouico Buglio ac ſocijs; Antonius ac cæteri,(quos inter multi ſunt annos plus minus ſeptuaginta vel octoginta nati,) iam diu, & abſque culpâ ſuâ detinentur in prouinciâ Cantonienſi, &c. Ex his igitur qui periti ſunt rei Aſtronomicæ, jubemus ſeligi ac venire in Regiam, vnà cum Ferdinando commoraturos: qui verò periti non ſunt; ijs gratiam facimus, vt reuer-*

tantur singuli ad propria templa. Verùm præter exercitia virtutum cultûsque Diuini propria Religionis ipsorum, haud permittimus, vt quisquam in hâc alÿsque provincÿs suscipiat Legem istam; sed etiamnum vigere volumus superiorem prohibitionem.

Effluxerant duo menses cum dimidio post decretoriam hanc in causâ nostrâ sententiam, quando perlatæ sunt litteræ curiales ad Gubernatorem provinciæ Cantoniensis à duobus exaratæ Concilÿs Regÿs, Rituum scilicet, reique militaris, quibus executio sententiæ de more demandata fuerat. Repetebatur autem dictis litteris magnâ cum fide supplex libellus noster; ac deinde recensebantur nostrorum Sacerdotum Europæorum nomina; nec non provinciarum, in quibus dicata DEO habemus templa. Dignumque est animaduersione, quòd cùm similis enumeratio templorum bonâ fide per nos facta in libells quodam paulò ante persecutionem edito tam grauiter offenderit, ac innocentiam nostram in suspicionem crimenq; vocauerit, nunc vbi declarata fuit innocentia, judices ipsimet in fauorem nostrum eamdem repetant provinciarum ac templorum enumerationem hoc ordine:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 欽 kīn | 遵 çūn | 山 xān | 堂 tâm | 當 tām |
| 此 çù | 查 châ | 東 tūm | 栗 liě | 汪 vām |
| 欽 kīn | 得 tě | 省 sèm | 安 ngān | 汝 jû |

爵 çiǒ 陝 xèn 西 sī 省 sèm 堂 tâm 李 lì 方 fām 西 sī 穆 mǒ 格 kě 我 ngò 廣 quàm 東 tūm 省 sèm 堂 tâm 瞿 kiû 篤 tǒ 德 tě 陸 lǒ 安 ngān 德 tě

度 tú 真 chīn 閔 mìn 明 mîm 我 ngò 費 fí 里 lì 白 pě 白 pě 道 táo 明 mîm 福 fǒ 建 kién 省 sèm 堂 tâm 何 hô 大 tá 化 hoá 郭 quǒ 納 nǎ

迪 tiě 我 ngò 江 kiām 西 sī 省 sèm 堂 tâm 聶 niě 仲 chúm 遷 çiēn 聶 niě 伯 pě 多 tō 殷 yn̄ 鐸 tǒ 澤 çě 浙 chě 江 kiām 省 sèm 堂 tâm 洪 hûm

滿 muòn 畢 piě 嘉 kiā 潘 puōn 國 quě 光 quām 劉 liêu 迪 tiě 我 ngò 成 chîm 際 çí 理 lì 栢 pě 應 ym̄ 理 lì 湖 hû 廣 quàm 省 sèm 堂 tâm 穆 mǒ

望 vám 山 xān 西 sī 省 sèm 堂 tâm 金 kīn 彌 mî 格 kě 恩 ngēn 禮 lì 格 kě 江 kiām 南 nân 省 sèm 堂 tâm 張 chām 瑪 mà 諾 nǒ 魯 lù 日 gě

# Id eſt:

Nos omni cum reuerentiâ obsequentes mandato Regio, comperimus, quòd annis superioribus degebant, in Ecclesÿs quidem provinciæ Xān Tūm, Antonius de S. MARIA (Hispanus) (a), Ioannes Vilat (Gallus). In Ecclesÿs provinciæ Xān Sī, Michael Trigault (Gallobelga) (a), Christianus Herdtrich (Austriacus). In Ecclesÿs provinciæ Nâū Kīm, Emmanuel Georgius (Lusitanus), Franciscus Rougemond (Flandrobelga), Ioannes Dominicus Gabiani (Pedemontanus), Franciscus Brancati (Siculus) (a), Iacobus le Faure (Gallus), Felicianus Pachecus (Lusitanus), Philippus Couplet (Flandrobelga). In Ecclesÿs provinciæ Hû-Quàm, Iacobus Motel (Gallus). In Ecclesÿs provinciæ Kiām Sī, Petrus Canevari (Genuensis), Adrianus Grelon (Gallus), Prosper Intorcetta (Siculus). In Ecclesÿs provinciæ Chĕ Kiām, Humbertus Augeri (Gallus), Dominicus Nauarrete (Hispanus), Philippus Leonardi (Hispanus), Dominicus Sarpetri (Siculus). In Ecclesÿs provinciæ Fŏ Kién, Antonius de Gouuea (Lusitanus), Ignatius à Coſta (Lusitanus) (a). In Ecclesÿs provinciæ Xèn Sī, Franciscus de Ferrarÿs (Pedemontanus), Claudius Motel (Gallus). In Ecclesÿs provinciæ Quàm Tūm, Stanislaus Torrens (Romanus), Andreas Lubelli (Lupiensis).

Poſt hæc referebantur ea, quæ duplici consulto ſtatuerant Consiliarÿ, & quæ Imperator ipse cum supremo Colaorum Concilio decreuerat: ac tandem hâc sequenti clausulâ litteræ finiebantur:

(a) Hi quatuor obierunt in Cantoniensi exiliò.

康熙十年正月十八日　兵部行咨各省總督撫院
Cām Hī xě niên chīm yuě xě pă ge　pīm pú hîm çū cǒ sèm çùm tǒ fù yuên

旨內事理欽遵施行
chì núi sú lì kīn çūn xī hîm

歸各省本堂可也為此合咨前去煩為查照
quēi cǒ sèm puèn tâm cò yè guéi çù hǒ çū çiên kiù fân guêi châ cháo

曆法的幾名即行起送來京其不知曆法者即令各
liě fǔ tiě kì mîm çiě hîm kì sùm lâi kīm kî pú chī liě fǎ chè çiě lîm cǒ

欽此欽遵到部相應移咨廣東總督查明內有通曉
kīn çù kīn çūn táo pú siām ym ŷ çū quàm tūm çùm tǒ châ mîm núi yeù tūm hiào

## Id eſt:

Vbi decretum hoc regium debitâ cum veneratione delatum eſt ad Curiam noſtram; oportuit nos pro officio expedire litteras ad Gubernatorem ſupremum provinciæ Cantonienſis, qui adeò perlectis illis diligenter examinet, quàm multi ſint inter ipſos valde periti rei Aſtronomicæ, & curet vt honorificè deducantur in aulam: efficiat etiam, vt, qui minùs periti ſunt Aſtronomiæ, ad ſuas ſinguli provinciæ cuiuſque ædes ac templa revertantur. Nos itaque præmittimus hic cauſæ totius ſeriem & acta. Gubernator autem provinciæ iſtius non gravetur expendere omnia, & ſecundùm ea, quæ Imperatoris placito continentur, reverenter executioni mandare. Hactenus Concilium.

Porrò quod vix auſi fueramus ſperare, permiſſum nobis fuit eligere pro arbitrio qui pergerent in aulam, nec coacti fuimus plures duobus eò deſtinare; magno vtique commodo rei Chriſtianæ in tanta Miniſtrorum penuriâ. Dum hæc itaque prælo committuntur, ipſi nos ad iter accingimus; & alij quidem ad leucarum ducentarum iter, ad quadringentarum alij; multi etiam ad quingentarum eoque amplius. Qui aulam petent, expenſis ibunt Regijs, & ſingulari cum honore, quem Gubernatores oppidorum, vrbium, provinciarum, eis de more deferent. ✱ Quoniam verò

ſuperioris argumenti litteræ ad Præfectos aliarum quoque Prouinciarum ſunt expeditæ; dubitari vix poteſt, quin diu antè quàm reuertamur ad Eccleſias noſtras, eæ curâ miniſtrorum Regiorum (ſic quidem ſperare nos iubent Socij Pekinenſes) vacuæ ſeruentur in aduentum noſtrum.

Quòd interim prohibeantur indigenæ Legem Chriſti ſuſcipere, non vſquequaque nos angit: tum quia non vetantur in eâ perſeuerare qui iam ſuſceperunt; tum verò maximè, quòd viri graues ac prudentes, & in his Ethnici, fidenter aſſerunt, ſpecietenus id factum. Et verò quî poteſt fieri, vt quo edicto Lex iſta tam ſeriò, tamque diſertè pronuntiatur innocens, & innocentes qui illam profitemur, ac promulgamus, eodem ipſo edicto ſeriò prohibeatur. Quòd ſi poſt interdictum anno 1670. primâ vice vulgatum, tamen illo ipſo anno, & quidem in aulâ, conſpectuq; Principis, tria circiter millia Chriſto ſunt adiuncta (vti ex poſtremis Sociorum litteris accepimus): quid in terris ab aulâ remotioribus erit ſperandum? Neceſſaria tamen erit in poſterum ſummeque neceſſaria moderatio, prudentia, vigilantia ſingularis: verendum eſt enim, ne errore quamuis leui, & peccato zeli præfeſtinantis atque præferuidi, ſiue eorum, qui foris cum degunt,

aditum ſibi quærent in haſce miſſiones; ſiue horum, qui filios ſuas in Chriſto, à quibus per exilium sex annorum fuerunt abſtracti, denuò iam reuiſent, Chriſtiana res iterum adducatur in diſcrimen, & multò quidem grauius eo, quo modò eſt perfuncta: atque adeò quæ Sinarum clauſtra portæq́ Europeis hominibus adhuc quidem non fuerunt niſi æneæ; metuendum erit, ne culpâ noſtrâ reddantur adamantinæ, æternumq́ obſeratæ, cum incredibili damno tot animarum, pro quibus mortuus eſt Chriſtus; nec minori iniuriâ Diuini nominis, dum atroces impiæq́ ſuſpiciones & calumniæ, quæ in multorum animis non tam extinctæ ſunt, quàm conſopitæ, denuò (quod auertat DEVS!) suſcitabuntur & multò quàm antè vehementiùs exardeſcent: cùm è contrario sperare poſſimus non libertatem modò priſtinam, sed æmulã Conſtantiniani quoque temporis pacem ac felicitatem, si quidem freti DEO, cum prudenti charitate Apoſtoli gentium, qui omnibus fiebat omnia, coniunxerimus manſuetudinem ac patientiam Chriſti IESV; cuius innocentia peccatorum alienorum pondere quondam oppreſſa, & in crucem acta, tam glorioſè vicit ac triumphauit, & triumphabit in æternum.

* Reliquis etiam omnibus (quod modò nobis nuntiatur) Prorex huius prouinciæ
nauigia per trecentas circiter leucas attribuenda eſſe edicto cenſens, simul docet id ita
fieri oportere, vt miniſtri regij cum exemplo ipſius Regis benigne fouentis exteros con-
formentur

110704

R. BIBLIOTECA
CORTO